



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600049020L

35.

218.

CLEANTHIS
HYMNUM IN IOVEM

GRAECE EDIDIT

ET

NOTIS ILLUSTRAVIT

FRID. GUILIELM. STURZ.



EDITIONEM NOVAM AUCTIOREM

CURAVIT

I. F. L. T. MERZDORF.

LIPSIAE,
SUMTIBUS ROBERTI FRIESE.

1885.

218.



600049020L

35.

218.



CLEANTHIS
HYMNUM IN IOVEM

GRAECE EDIDIT

ET

NOTIS ILLUSTRAVIT

FRID. GUILIELM. STURZ.

EDITIONEM NOVAM AUCTIONEM

CUBAVIT

I. F. L. T. MERZDORF.

LIPSIAE,
SUMTIBUS ROBERTI FRIESE.

1885.

218.

CLEANTHIS
HYMNUM IN IOVEM

GRÆCÆ EDIDIT

ET

NOTIS ILLUSTRAVIT

FRID. GUILIELM. STURZ.



EDITIONEM

CURAVIT

A. F. T. MERRIDORE.

LIPSIÆ,

SUMPTIBUS ROBERTI BRISSE.

1885
218

V I R I S

SUMMIS ET CLARISSIMIS

CAROLO FRID. AUG. NOBBIO,

CAROLO HENR. FROTSCHERO,

ALBERTO FORBIGERO,

PRAECEPTORIBUS AC FAUTORIBUS

SUMMA PIETATE COLENDIS

S A C R U M

ESSB

VOLUIT

E D I T O R.

V I R I B

SIMISSIMO ET SIMISSIS

CAROLO FRID. VIG. NOBIS

CAROLO HENR. FROTSCHEG

ALBERTO FORNBERG

REACTORIBUS AC LABORIBUS

SUBMITTITAE CONDITIS

S A C R U M

1858

VERIT

N D I T O R

Ergo igitur, ut meam ergo Vos et litterarum tempore
 editionem significavi, curavi novam Cleanthis edi-
 tionem (quam antea in vestris editionibus, in qua nul-
 lis et paucis omnibus varietatibus, ut proleat
 nostris temporibus non indiguit. Pater enim
 Sturzii schedas, praeter istas, quas antea in
 [—] apponitis signis M. — I. inclinat et indices, et an-
 tem, quas rotundis (—) inclinat sunt incipit, et Sturzii
 aut additamenta et ista verba, quae iam in prioribus
Iam ab illo anno, quo me in Vestram scholam recepi-
stis, magno me complexi estis amore, ob quem semper
erga Vos mea gratia ac pietas vigeat, Tu enim Forbi-
gere me puerum excepisti, primasque litteras docuisti
semperque benignus ut pater eras, Vos autem Frot-
schere et Nobbi me in sacra Musarum introduxistis, mi-
hique Parnassi delicias praeuistis ut nullo modo, etiam
si Iapeti longiorem vitam haberem, satis gratias agerem.
Verbis iam gratiam meam significavi, sed nullum un-
quam hac vita sanctius momentum mihi fore obtestor,
quamquo pietatem gratiamque meam erga Vos, quibus
tanta beneficia debeo, palam et coram omnibus profiteri
potuero. Quare mihi proposui, Vobis hanc Cleanthis
editionem sacrare.

Inter schedas enim Sturzii avunculi mei, quas post
 eius mortem lustravi, nova inveni additamenta ad libros
 ab illo editos, inter quae primum facile obtinent locum
 nova additamenta ad Etymologicum Magnum, quod ite-
 rum edere volebat, tunc sequuntur additamenta ad
Cleanthem, Basilium, Hellanicum aliaque scripta, de-
 inde orationes et vernaculae et Latinae festis die-
 bus scholarum, quibus praeerat, compositae, deni-
 que epistolae Barkeri, Boissonadii, Peyronis, Heynii,
Morellii aliorumque.

Ego igitur, ut meam ergo Vos et litterarum rempublicam significem pietatem, curavi novam Cleanthis editionem (quum antiqua rarissime inveniatur, in qua multis et paene omnibus usus sum editionibus, ut prodeat nostris temporibus non indigna. Paene omnia sunt e Sturzii schedis, praeter ista, quae uncinis quadratis [—] appositis signis M—f. inclusi et indices, ea autem, quae rotundis (—) inclusa sunt uncinis, et Sturzii sunt additamenta et ista verba, quae iam in priore editione inclusa erant.

Ceterum Vobis hoc specimen amoris et otii mei placeat, opto.

Valete, favete.

Scripti Lipsiae mense Decembri

MDCCCXXXIV.

VIRO CLARISSIMO

H E Y D E N R E I C H

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AMICORUM QUORUNDAM NOMINE

GRATULATUS EST

FR. GULL. STURZ.

PHILOS. STUD.

Vir Clarissime

Amice Suavissime

Cum Tu iam adscenderis summum philosophiae honorum gradum, quo Te dignissimum esse, quoniam omnes, quicumque te norint, optime sciunt, non puto huius loci esse multis demonstrare, cumque ego, cui iam inde a multis annis amicissimum Te probasti, non possim non his Tuis ornamentis et ipse vehementer gaudere, non dubito, quin facile Tibi persausurus sis, me libentissime et summa cum voluptate suscepisse delatum mihi munus edendi Tibi specimen animi laeti. Scilicet. interpretem sensuum suorum laetorum esse me iusserunt amici illi nostri communes, quos una nobiscum duce Beckio V. C. cuius praeclara in litteras elegantiores merita nec possum ego satis laudare, nec, si

OMISSISSIMO ORIV

M O I E M E D Y E H

ΕΡΧΟΝΤΟΣ ΑΙΝΟΡΟΓΗΝΤΙ ΝΙ ΒΟΜΜΥΣ

possim, permittat egregia Viri modestia at-
que humanitas, interpretandis antiquis scri-
ptoribus graecis et latinis operam dare lae-
tamur. Putabant enim, semper extitutum
esse hunc libellum insigne amicitiae in Te
nostrae monumentum, nec Te nos amicitia
Tua privaturum unquam. Cui quidem ami-
corum spei, quae maxima est, humanissime
Te rogare iussus sum ab iisdem ut velis re-
spondere. Ita fore aiebant, ut magna suae
felicitati incrementa accessisse existiment

Nominis Tui

scripsi Lipsiae
a. d. IV. Id. Febr.
CICIOCCCLXXXV.

studiosissimi

BECH, POPPO,
FRIEDEL, SCHEIBE,
GRIMM, SONNTAG.

PROLEGOMENA:

Cleanthes, de quo vid. *Fabric. bibl. Gr. Vol. II. 394 sq.*
id. nov. Vol. III. 556 sqq. Assi Mysiae¹⁾ ut videtur oppido
natus, (unde apud *Probum* ad Virgil. eclog. 6, 31 pro Cle-
anthes Thassius legendum est Assius, qui apud *Clem. Alex.*
p. 47. A. male dicitur ὁ Πισαδέυς²⁾), Zenonis Citiei,
stoicorum parentis, per undeviginti annos discipulus (unde
etiam *Κλεάνθους μούσα* componitur cum Zenone a *Posi-
ippo* in *Brunckii anall. T. II. p. 48. n. XIX. et ibid. 270.*

1) *Plin. h. n. V. cap. 30.* Assum in Troade locat, dicitque
etiam Apolloniam nominatam fuisse; sed haec urbs ab *Ptolem. II.*
ap. *Β. Ἀσσον* vocatur. M.

2) Assius vocatur ab *Aeliano hist. anim. 6. cap. 50.* — Ne-
ren autem *Πισαδέυς* Mohnike in suo Cleanthe ita defendit: no-
men non patriam sed negotium indicat, quia aquam ferebat, nam
este scholiasta ad *Pindar. Isthm. VI, 108. pro ποιίστρα* vel *πί-
τρα πύσα* dicebatur. Tunc fortasse pro *Πισαδέυς, Πισαεύς* le-
endum est, quod eandem significationem habet, quam *φρεάντιλης*
e quo vide *Hesych. s. v. φρεάντιλης.* a Cicerone d. n. d. III, 2.
rinceps stoicorum et Acad. II, 23. maiorum gentium stoicus ap-
ellatur. M.

n. XIX.) et in στοῖν seu porticu Atheniensi successor, idemque Chrysippi magister, (vid. *Diog. Laert.* 7, 37. 168 sqq. *Clem. Alex. Stromm.* I. p. 301. C.) fuit ingenio tardo, sed pertinaci studio et animo constanti. (v. *Valer. Max.* 8, 7. exter. 11. *Senec. ep.* 44. cfr. *Barth. ad Claudian.* p. 101 sq.³). Unde etiam per proverbium, qui summo studio aliquid ageret et pensitaret, is ad Cleanthis lucernam lucubrare dictus est (vid. *Erasmii chiliad.* I, 7, 71). Indulsit ille non minus quam Chrysippus argutiis in disputando: (vid. *Cic. fin.* 4, 3. *Senec. de benef.* 5, 14.⁴).

Vitam finiit inedia, annos natus octoginta (vid. *Diog. Laert.* VII, 176.) vel undecentum, auctore *Valer. Max.* I. I. [*Simplicius*, se huius viri admirabilem vidisse statuam testatur in ipsa Asso, magnificentiae Romani senatus specimen, viri eius honori dedicatam, M.] Vehementer dolendum est, librum eius *περὶ Θεῶν* (vid. *Diogen. Laert.* VII, 75. *Clem. Alex. Stromm.* 5, p. 602. A. B.) cum aliis eius scriptis, quae recenset ex antiquis scriptoribus *Fabric.* l. I. p. 551. et 553 praeter iam nonnullos a Stobaeo in eclogis physicis, (quibus hymnum reddidit Arn. Herm. Ludov. Heeren in sua Stobaei eclogarum physic. editione Vol. I. p. 30 — 34. adiuncta Iac. Duportii versione metrica latina), et a *Clemente Alex.* (qui tamen *Stromm.* 5. p. 554. B. etiam hexametros habet in *Stromm.* servatos omnino perisse. Sed bene tamen eum et honorifice de Deo sensisse, (praeter *Clem. Alex. protrept.* p. 47. A. *Κλεάνθης, ὁ ἀπὸ τῆς στοῦς φιλόσοφος, ὅς οἱ Θεογονίαν ποιητικὴν, Θεολογίαν δὲ ἀληθινὴν ἐνδείκνυται* et versus illos, quos cum hoc hymno conferas,) vel hic ipse hymnus in Iovem docere potest, cuius haud dubie summi

3) *Timon.* ap. *Branc. anal.* 4. II. p. 71. n. XIX. M.

4) vid. *Diogen. Laert.* in Chrysippi vita, VII, 179. M.

elegantia in egregio epithetorum delectu maxime conspicua, plures ei quam reliquis eius scriptis, lectores atque adeo editores conciliavit. Nam primus hoc carmen e codice eclogarum physicarum Stobaei Msto. Farnesiano edidit graece Fulv. Ursinus in carminibus IX. illustrium feminarum (Antwerpiae 1568. 8.) p. 272 sq., quo e libello paucis mutatis ab Henrica Stephano translatus fuit in poesin philosophicam (1573, 8.) p. 49 sq. Deinde cum Iac. Duporti elegantissima metaphrasi metrica Latina integrum inseruit graece intellectuali systemati universi Radulphus Cudworthus p. 515. (ed. Mosheim. Ien. 1732. fol.) quam ipsam Duporti metaphrasin latinam ut francogallicam Bougainvillii separatim antea cum graecis poetae verbis editam Argent. 1780, 4. et Italicam Girolami Pompei, (quae etiam exstat in opere del Signor Girolamo Pompei, T. II. Verona 1790, 8.) addidit carmini graece edito Rich. Francisc. Phil. Brunck. V. C. in libello, qui inscribitur: *Ἠθικὴ ποιησις* s. Gnomici poetae Graeci, (Argentor. 1784. 8.) p. 141 — 149. qui verba graeca poetarum, quos edidit, in ipsa libri fronte scribit a se recensita fuisse ad optimorum exemplarium fidem. Huius igitur editionem nos quoque sequuti sumus [sed si opus erat reliquimus M — f.]. Sed antea idem Bruuckius eundem hymnum ediderat in lect. et emendat. ad Vol. II. analectorum veterum poetarum graecorum T. III. (Argentor. 1776. 8. mai.) pag. 225 sq. quam editionem repetiit fere V. C. Frid. Gedikius in libro, quem inscripsit: M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae (Berolin. 1782. 8. mai.) pag. 311 sq. qui idem Gedikius hymnum nostrum elegantissime reddidit carmine vernaculo hexametro in Museo Germanico anni 1778. mensis Julii (p. 19 — 28. addito brevi commentario et dissertatione de Stoicorum theologia, ubi recte Cleanthem absolvit pantheismi crimine et hymnum eius praefereudum putat Orphei, Callimachi et Homeri hymnis.

[Mihī ab hoc loco non alienum videtur editiones et metaphrases, quas Hoffmannus diligens atque accuratus bibliographus non omnes enumeravit, lustrare: quas editiones asterico signavi, ipse inspexi. Per longum tempus reconditus in bibliothecarum latebris iacebat hoc carmen cum multis eiusmodi Graeciae floribus, donec Fulvius Ursinus eques Romanus e Codice Stobaei Farnesiano in lucem emisit: factum est libro, qui inscribitur:

* Carmina IX. illustrium feminarum Sapphus etc., et Lyricorum Alcmanī etc., Bucolica Bionis et Moschi Latino versu à Laurentio Gambarā expressa. Cleanthis, Moschionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita. Ex bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Antwerp. ex officina Chrstph. Plantiui Cl. MDCLXVIII. 8. Post paucos annos Stephanus doctus ille et acutus typographus in libro edidit, cuius est titulus:

* ποιησις φιλοσοφος vel saltem Reliquiae poesis philosophicae, Empedoclis, Parmenidis, Xenophanis, Cleanthis etc. Adiuncta sunt Orphei illius carmina, qui a suis appellatus fuit ὁ θεολόγος. Item Heracliti et Democriti loci quidam et eorum epistolae. Anno MDLXXIII. excud. Henric. Stephanus. (In fine libri p. 217. inter adnotationes. Iosephi Scaligeri iveniuntur emendationes huius carminis, quas aut negligebant editores aut Brunckio tribuebant. — Stephan. nihil hoc in hymno mutavit nisi v. 37.)

Primus, qui nunc edidit post paucorum annorum interval- lum, erat Radulphus Cudworthus philosophus Anglus in libro:

The true intellectual Systeme of the Universe. Lndn. 1678. fol. (denuo editum. ib. 1743. 2 Vol. 4.) pag. 432. Adiecta est Duporti metaphrasis elegans quidem sed saepe tantum sensum non singula verba exprimens.

Histoire de la Philosophie Payone ou Sentimens de Phi-

Josephes et des Peuples Payens de plus celebres sur Dieu, sur l'Ame et sur les devoirs de l'homme. (Amst. la Haye 1724. 2. Vol. 8. [Tom. I. p. 95. Cudworth et h. l. auctor sequuti sunt etiam Ursini recensionem et paucas tantum fecere emendationes. Invenitur etiam hic Duporti metaphrasis.]

* Cudworthi intellectuale systema universi interpret. Mosheim Jen. 1732. fol. (p. 515.) Altera h. l. editio est Egd. Batav. 1773. 4. 2. Vol. Ad calcem libri sunt Scaligeri emendationes.

* Jac. Phil. D'Orvillius. Miscellaneae observatt. criticae in auctores veteres et recentiores cum notis et auctor. VV. DD. ab eruditis Britannis inchoatae et nunc a doctis V. V. in Belgio et aliis regionibus continuatae. Amstelod. 1736. Vol. 7. Tom. 2. p. 188. — Edidit hymnum l. l. Anonymus e Stobaei eclogarum codice MS. Ant. Augustini, vel potius e fragmentis inde a Vossio excerptis, quae sunt in bibliotheca Leidensi, et e Codice Augustano. Primi quattuor versus ibi non Cleanthi tribuuntur, sed sic exhibentur

Σμῶνιδος

Κῦδιος ἁθανάτων etc.

Ζεὺς φύσεως etc.

Χαίρε, σὲ γὰρ πᾶσι θεῖσι θνητοῖσι προσώδων

Μεάνδρου

Ἐμποῦ γὰρ γένος ἐσμέν. ἤχον μίμημα λαχόντες

Tum sequuntur reliqui versus praemisso nomine

Κλεάνθους.

Hanc verborum recensionem simpliciter vocavimus d'Orvillii. Non ipsum libellum inspexi sed accuratam descriptionem ab amico nescio quo Sturzio olim communicatam habui, et aliam, quam mihi amicus fecit.

Epicteti enchiridion, Cebetis tabula, Prodicus Hercules et Cleanthis Hymnus. Omnia Graece et Latine. Glasgae

in aedibus academicis excedebat Robertus Foulis, Academiae Typographus MDCCXLIV, 12. p. 84.

* Daniel sec. LXX. ex tetralis Origenis e singulari codice Chisiano editus a Simone de Magistris. Romae 1772. fol. Hoc in libro pag. 405. additus est Cleanthis hymnus cum accuratiore, quam Duporti versione Lat. metrica. Iteratum est h. opus Gottingae 1774, 4. et 1775, 8. Traj. ad Rhen. cum praefatione et notis C. Segaar. Etiam huius recensione descriptionem tantum habui.

* Analecta veterum poetarum Graecorum. ed. Rich. Fr. Phil. Brunck. Argentor. 1776. 8. mai T. III. p. 224 sq. (in adnotatione ad Procli hymnos). Melior quam antea verborum recensio.

* Die wahrscheinlich noch ganzen Lieder des Tyrtäus, nebst einem Hymnus des Cleanthes, im Grundtexte von D. E. Moerschel. Berlin 1778. 8. mera Brunckianae recensione repetitio sed vitis aucta. Nunc tres sequuntur editiones, de quibus nil nisi tituli noti sunt, qua re quum rarissime nolo dicere nusquam, inveniantur incertum est, num sint tres an una.

Graece, Latine, Gallice, Italice a Brunckio citrata editio. s. l. 1778. 12. cfr. Hoffmann, lexic. bibliogr. I. p. 498.

Κλεάνθους ὕμνος εἰς Ζῆνα Hymne de Cleanthe a Jupiter traduit en vers par M. de Bougainville. S. l. et a. 4. Cfr. Harl. ad Fabr. bibl. gr. III. p. 553. et Hoffm. lex. ibid. qui eam tamen in anno 1781. collocat. Sturz. autem Argent. 1780. nominat, sed nunquam huius editionis commemorationem facit. Recensio dicitur Brunckiana esse, qua re Wachlerus fortasse rectissime dicit plagulas istas: quibus Brunckii recensio et Bougainvillii metaphrasis impressa erat, s. l. et an. editas et a Brunckio amicis donatas esse.

Wachlerus tamen errat hac in re, quum dicat: plagulas

istas s. l. editas esse. Ego enim a Graessio amico exemplar quoddam accepi, ubi ultima pagina haecce inveniuntur verba: A Strasbourg chez Jean Henri Heitz, Imprimeur de l'Université. Omissum est anni signum et Brunckii nomen: titulus enim sic se habet. *Κλεάνθους ὕμνος εἰς Δία*. Hymne de Cleanthe a Jupiter traduit en vers par M. de Bougainville. Chartis quadratis impressum est carmen, in quo nihil aliud mutatum est, quam versus 20, ubi pro *ἐν πάντα* scriptum est *ἐν ἀπαντα* et 18, qui antea non legebatur, et pro *γινεσθαι γινεσθαι*.

Quod si verum est: hae plagulae una eademque editio sunt cum illa, quam Hoffmannus et Sturzius nominavere. Restat tunc illa tres metaphrases complectens, quae ut videtur, cum poetis gnomicis in unam cadit. Tunc autem magno errore lapsus est Hoffmannus qui confundens annos anal. et gnomic. etiam formam mutavit, nam apud omnes constat poet. gnomic. non 12. sed 8. a Brunckio esse editas. Sed ponamus illam editionem, quam Hoffmannus laudat, exstare. mirum tamen est, Brunckium in poet. gnomicis eam non commemorare, ne testem quidem advocare cur lectionem mutaverit. Qui mihi hanc editionem anni 1778. per tempus aliquot tradere potest, magno me gratiae vinculo obstrictum tenebit.

Cleanthis hymnus Graece et Franciae (per Bougainvillium) edid. I. Lor. Blessig. Argent. 1781. 8. (repetitio prioris, sed etiam hic Krugius V. C. in symbola illa de Cleanthe p. X. Bougainvillii translationem commemorat Goth. 1781. 4, quod per errorem factum esse videtur quum Wachlerus hanc editionem Argent. et Goth. editam esse dicat.

M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae ed. Frid. Gedike. Berol. 1782. 8. (h. libro p. 311. locum habet hymnus sed ita, ut apud Brunckium.

* *Ἠθικὴ ποίησις* s. *Gnomici poetae Graeci* ed. R. P. Ph. Brunck, Argentor. 1784. 8. insunt Latin, Francogallic, Italic, metaphrases.

* Cleanthis hymnum in Iovem graece edidit, notis illustravit Frid. Guilelm. Sturz. Lps. 1785. 4. (addita Gedike translatio).

* *Κλεάνθους ὕμνος εἰς Δία*. Kleanths Gesang auf den höchsten Gott. Griechisch und Deutsch nebst einer genauen Darstellung der wichtigsten Lehrsätze der stoischen Philosophie von Hermann Heimart Cludius. Götting. 1786. 8. (Brunckiana recensio).

* *Anthologia Graeca poetica* ed. Harles. Baruth. 1792. 8. p. 84. (etiam Brunckiana recensio).

* *Ioannis Stobaei Eclogarum physicarum libri duo* ed. A. H. L. Heeren, Gotting. 1792. (Tom. I. p. 30 — 34) codd. sequutus est H.

M. Musuri carmen in Platonem, P. Casauboni in Ios Scaligerum Ode; Accedunt poemata et exercitationes utriusque linguae. Auct. Sm. Butler. Appendicis loco subiiciuntur hymnus Cleanthis Stoici; Clementis Alexandr. hymni duo, H. Stephani adhortatio ad lectionem novi foederis, conscr. atque edidit Sm. Butler. Cantabr. 1797. 8.

* *Hellas Veilchen*. Chemnitz 1801. 4. pag. 158 — 161. Insunt verborum recensio secund. Brunck. in Anal. et Herderi versio.

Hymnus Cleanthis, denuo recensitus, notis illustratus rythmis donatus Teutonicis, nec non Suecanis. Exercitatio philologica, quam moderante Lud. Theob. Kosegarten pro laurea modeste proponit Laur. Edwall. Gryphisw. 1813. 4.

* *Kleanthes der Stoiker* von Gottf. Christ. Friedr. Mohr. Greifswald. 1814. 8.

* Poetae gnomici Graeci. Lps. (apud Tauchnitz, edit. stereot.) p. 110. sq. [Brunckiana recensio.]

* Poetae gnomici Graeci. Lps. (apud G. Fleischer) 1817. 8. curante *Schaefero*. (Brunckiana recensio.)

* Poetae gnomici Graeci. Lps. (apud Weigel.) 1817. 8. (non 12., ut Hoffmannus vult) curante *Schaefero*. (Brunckiana recensio.)

* Specimen Theologiae comparativae, exhibens *Κλεάνθους ὕμνον εἰς Αἴα*, cum disciplina Christiana comparatum, introductione, interpretatione germanica etc. instructum ab I. F. H. Schwabe. Ien. 1819. 8. Huius edition. recens. est Brunck. sine accentibus, receptisque non emendationibus sed depravationibus; interpretatio libera et interdum talis ut recte dubites num sint Iambi an Hexametri, adnotationum quaedam paene ipsis Sturzii verbis reddita sunt et loci citati interdum false citantur; summa autem theologiae Stoicae paucissimis verbis absolvitur, et refert tantum ea, quae iam Cludius ex Lipsiis scriptis dixerat. De hac re, fortasse alio loco et tempore, si Deus O. M. adiuvat, dicam, quum omnia Cleanthis fragmenta collegerim.

* Cleanthis hymnus, Graece cum notis ed *Boissonadius* in Sylog. poetar. Graecor. Paris 1824. 32. [Recensio Brunckiana, nullis praeter duas additis notis, unam de nomine Assii (ubi al. Cassii) alteram de hymni notitia apud Millini.)]

* *Κλεάνθους ὕμνος* graece edidit *Ad. Coray* in Epicteto suo. Paris 1826. 8. Editio, quam *Coray* curavit, recensionem praebet Brunckianam duobus tantum locis v. 5. ubi pro *μοῦνον μοῦνοι* et v. 11. pro *πληγῆς πληγῆς* habet, mutatis; additae sunt Bougainvillii versio, notae et sententiae de stoicorum philosophia.

* Analecta Graeca Maiora ed. Dr. Ferdinand *Philippi* Lps. 1827. 8. Brunckiana recensio) p. 84.

Cleanthis Stoici hymnus in Iovem auctori suo vindicatus ad eiusdem doctrinam enarratur a *Petersen*. Hamburg. 1829. 4. progr. (contra K. apud Seebodiam, novam curavit textus recensionem; et ut puto bonam; multas eodd. lectiones retinuit, duasque probabiles coniecturas proposuit.

INTERPRETATIONES.

Translation of the Odes of the Pindar from Gillb. West. Lndn. 1753. 8. Tom. I. p. 282—284. (teste *Brueggemann* etiam in *Monthly Review*. 1749. Iuni p. 122 et 123.)

Des Cleanthes Hymne in's Deutsche übers. nebst Raisonnement über stoische Theologie; von E. Gedike. v. d. deutsches Museum 1778. Iul. p. 24—26, et in *Jordens Sammlung der besten zerstreuten Uebersetzungen*. Berlin u. Strals. 1783. p. 47.

Cleanthis hymnus numeris adstrictus, latine vertit et illustravit Andr. Ch. H. Weiss. (in programme) Rotenb. ad Tub. 1783. 4.

Opere del Signor Girolamo Pompei. Verona 1790. 8. Tom. II.

Dem höchsten Gott von I. G. Herder in eiusdem zerstreuten Blättern. *Collectio H. Goth.* 1792. p. 209. (repetitum. *Goth.* 1796. pag. 215 sqq. sämtliche Werke zur schönen Literatur und Kunst. T. 10. p. 234—236.)

A complete edition of the poets of Great Britain from Robert Anderson. Lndn. and Edinburgh 1792—95.

Analekten oder Blumen, Phantasien und Gemälde aus Griechenland von K. P. Conz. Leipzig 1793. 8. p. 78.

Ludw. Hörstels Abriss einer Religionslehre des Plato. Braunschweig 1798. 8.

Poemata Latina Hieronymi de Borch Traject. ad Rhen.

1803. 4. (Hoffm. 8.) ad calcem eiusdem poematum versi-
tus Latinis redditus est hymnus.

Circumspectas in Philosophia ed. D. Florello. Gryphiae

1809. 8. p. 53—59.

Ephemerid. Sonntagsstunden. 1813. mens. Jan. N. 27.

p. 216. male, ne metricè quidem tralatus est hymnus (teste
Mohnikio).

* De Cleanthe divinitatis assertore ac praedicatore scrips.

Guil. Traug. Krug. Lps. 1819. 4. p. Xisq.

* In Seebodii biblioth. critic. paedagog. Hildesh. 1819;
N. 4. p. 452—469. Kleanths Hymnus auf Zeus metrisch
übers. und mit Anmerkungen begleitet von F. K. zu R.
(Fr. Kohlhaas zu Regensburg vel Ferd. Kämmerer zu Ro-
stock.) Huic K., qui Cleanthi hunc hymnum abiudicare au-
sus, sed infirmis usus est causis et argumentis, non solum
rectissime et optime refutavit Petersen p. 2—6, sed etiam
nullum Stoicorum alium auctorem esse ostendere, ut opi-
nor, non temere, studuit. Etiam comes de Stollberg in col-
lectione poematum dicitur transtulisse hymnum in libello: *Chr.
Graf zu Stollberg* Gedichte a. d. Griech. übers. Hall. 1782. 8.
Haec sunt, quae de editionibus dicenda habemus. M—f.]

Sed de his ipsis Stoicorum de Deo sentiis v. Iusti
Lipsii physiologiae Stoicae libr. 3. quae exstant Tom. VI.
opp. (Antwerp. 1610. 4.) et Chr. Meiners V. C. hist. do-
ctrinae de vero Deo omnium rerum auctore atque rectore,
(Lemgow 1780. 8.) p. 456—525. Ceterum non propo-
situm mihi erat in hoc libello conferre cum Cleanthis hymno
aliorum poetarum monumenta, qui easdem res eodem vel
diverso modo, melius vel minus bene, exposuissent, nec
potui hoc loco pluribus disserere aut de hymni natura in
universum, de qua v. Ioh. Ge. Sulzeri opus lingua verna-
cula scriptum: *Allgemeine Theorie der schönen Künste*,
T. II. p. 365 sq. ed. II. (Lips. 1778. 8. maj.), aut quate-

ius propriae illius hymnorum naturae ratione habitae. Cleanthes hymnus dignus hoc nomine dici recte posset. Sed in hoc animum, ut quantum quidem ego possem, illustrare sententias ac verba poetae ex ingenio linguae et historiae philosophicae, quo legeretur a pluribus praeclearum hoc antiquae philosophiae monumentum, et Cleanthes defendi facilius posset a malevolorum criminibus. [Verbis graecis notis addam interpretationem Germanicam, ceterum quod possum, avunculi mei consilium sequar.] M. f.

... in Schoedii biblioth. critic. paedagog. Hildesh. 1819; ... p. 452—460. Kleantes Hymnus auf Zeus metrisch ... mit Anmerkungen begleitet von R. K. zu R. ... zu Gegenpartung vel Ford. Kammern zu Ro- ... Hinc K., qui Cleanthes hunc hymnum spondicare au- ... sed iudicium meum est causa et argumenta, non solum ... et optime tenuit Petrus p. 2—6, sed etiam ... aliam Stoicorum animi auctoritatem esse ostendere, ut opi- ... non temere, studium hanc comae de Stoffberg in col- ... ratione poematum dicitur translatum esse hunc in libello ... Prof. Stoffberg Gedichte d. Griech. übers. Hall. 1782. 8.

... que de editionibus dicenda habemus. M. f.

... de his Stoicorum de Deo sententiis et Iusti ... Stoicorum hinc 3. quae exstant Tom. VI. ... (1810. 4.) et Chr. Meiners V. C. M. do- ... Deo omnium et sui auctore stupet ... Ceterum non propo- ... in hoc libro de arte cum Cleanthes hunc ... dum easdem res in ... vel ... melius vel minus bene, exponit ... aut de hunc hunc ... Joh. Ge. Sulzeri opus hunc ... Algemeine Theorie der schönen Künste ... ed. II. (1772. 8. majus) et hunc

Ἰσοκράτης ἑκαστὸν ἐκ τῶν ἑπτὰ
 κλάσεων ἑξήκοντα ἑπτὰ ἔργα
 ἔγραψε· τὰς ἑξήκοντα ἑπτὰ
 ἑξήκοντα ἑπτὰ ἔργα ἔγραψε·
 τὰς ἑξήκοντα ἑπτὰ ἑξήκοντα ἑπτὰ
 ἑξήκοντα ἑπτὰ ἑξήκοντα ἑπτὰ
 ἑξήκοντα ἑπτὰ ἑξήκοντα ἑπτὰ

Κλεάνθους ὕμνος εἰς Δία.

Ἰσοκράτης ἑκαστὸν ἐκ τῶν ἑπτὰ κλάσεων ἑξήκοντα ἑπτὰ ἔργα ἔγραψε·

Ὑμνος est laus deorum, et differt ab ἐγκώμιω. (Thom. Mag. p. 562.) Ammonius: ὁ μὲν γὰρ ὕμνος, ἔστι θεῶν· τὸ δὲ ἐγκώμιον, ἀνθρώπων. [Etymol. Gudian. ed. Sturz. p. 540. v. 42. et 46. eadem narrat. M.—f.] Fuit antiquissimum poëseos genus, et pars olim sacrorum, (traditurque invenisse hoc genus Stesichorus Himeraeus v. Clem. Alex. Stromm. I. p. 308. C.). Canebantur enim hymni et inter libandum et post libationes. Quod qui facerent, vocabantur ὑμνωδοί, etiam συνωδοί. Canebantur interdum etiam cum saltatione. Scripti fuerunt hymni omnibus diis, praeter Amorem, et varia a diis, quibus scriberentur, nomina acceperunt, vid. Spanhem. ad Callimach. hymn. in Iov. pag. 2 sqq. T. II. (Kriesii [quem Schwabe Krügeri nomine appellat. M.—f.] diss. de hymnis veterum, maxime Graecorum. Goett. 1742. Groddeck commentat. de hymnorum Homericorum reliquiis, Goett. 1786, 8. p. 3 sqq. Fr. Snedorf. [cuius nomen Schwabe in Schieederi mutavit. M.—f.] de hymnis veterum Graecorum, Hafn. et Lips. 1786. 8 maj.).

Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ,
 Ζεῦ, φύσεως ἀρχηγέ, νόμου μέτα πάντα κυβερνῶν,
 Χαῖρε· Σὲ γὰρ πάντεσσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾶν,

Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἔσμεν, ἱῆς μίμημα λαχόντες
 Μοῦνοι, ὅσα ζῶει τε καὶ ἔρπει θνήτ' ἐπὶ γαῖαν·

Τῷ σε καθυμνήσω καὶ σὸν κράτος αἰὲν αἰείσω.

Σοὶ δὴ πᾶς ὄδε κόσμος ἐλισσόμενος περὶ γαῖαν

Πεῖθεται, ἧ κεν ἄγης, καὶ ἐκὼν ὑπὸ σείῳ κρατεῖται.

Τοῖον ἔχεις ὑποεργὸν ἀνικῆτοῖς ὑπὸ χερσίν,

Ἀμφήκη, πυρόεκτα, αἰεὶ ζώοντα τεραυνόων·

Τοῦ γὰρ ὑπὸ πληγῆς φύσεως πάντ' ἐρόίγασιν,

Ἵτι σὺ κατευθύνεις κοινὸν λόγον, ὅς διὰ πάντων

Φοιτᾶ, μωγόμενος μεγάλων μικροῖσι φάεσσιν,

Ὡς τόσσοις γεγαῶς ὑπατος βασιλεὺς διὰ παντός.

Οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον,

Οὔτε κατ' αἰθέριον θεῖον πόλον, οὔτ' ἐνὶ πόντῳ,

Πλήρη ὅποσα φέρονσι χακοὶ σφετέροισιν ἀνοίαις.

Ἀλλὰ σὺ καὶ τὰ περισσὰ ἐπίστασαι ἄρτια θεῖναι,

Καὶ κρομεῖν τὰ ἄκοσμα, καὶ οὐ φίλα σοὶ φίλα ἐστίν·

Du der Unsterblichen Herrscher, Geplüßener, ewiger Herrscher,

Zeus der Natur Urheber, das All nach Gesetzen regierend,
Heil dir! denn dich zu preisen ist Pflicht für die Sterblichen

Alle.

Weil wir ja stammen von dir, theilhaftig der Rede Gestaltung
Einzig von Allen, was Sterbliches lebend sich reget auf

Erden, 5

Deshalb will loben ich dich und erheben dein kräftiges
Waltens

Dir ja gehorchet das Himmelsgewölbe, die Erde umkreisend,
Wie du es lenken auch magst und willig gehorcht es der
Herrschaft.

So auch hältst du den Diener in unüberwundenen Händen,
Ihn den gezacketen, feurigen, nimmerverlöschenden Blitz-
strahl, 10

Ihn, vor dessen Berührung die ganze Natur anschauert,
Durch ihn erfüllst du das allengemeinsame Wort, das durch
Alles

Waltet, sich mischend zum grossen Gestirnen, so wie zu
den Kleinen,

So als höchster Gebieter mit Macht regierend durchs Welt-
all.

Ohne dich Herrscher geschieht ja nimmer etwas auf dem
Erdkreis, 15

Nie am ätherischen Pole des Himmels und nie in der Meer-
fluth,

Ausser was Frevler vollziehen in thörigter eigener Verblen-
dung.

Doch du verstehst auch jedes Ungleiche zu ebnen und
gleichen,

Ordnungsloses zu ordnen, Unliebliches machst du befreun-
dend

Ἦδε γὰρ εἰς ἕν ἅπαντα συνήρομαι ἔσθλα κακοῖσιν, 2

Ἦσθ ἕνα γίνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἔοντα,

Ὅν φεύγοντες ἑῶσιν, ὅσοι θνητῶν κακοί εἰσι,

Δύσμοροι, οἳτ' ἀγαθῶν μὲν αἰεὶ κτῆσιν ποθέοντες,

Οὔτ' ἐσορῶσι θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε κλύουσιν,

Ἦί κεν πειθόμενοι σὺν νῶ βίον ἔσθλον ἔχοιεν. 25

Αὐτοὶ δ' αὖθ' ὀρμῶσιν, ἄνευ καλοῦ ἄλλος ἐπ' ἄλλα,

Οἱ μὲν, ὑπὲρ δόξης σπουδῆν οὐσεριεστον ἔχοντες,

Οἱ δ', ἐπὶ κερδασίνας τετραμμένοι οὐδενὶ κόσμῳ,

Ἄλλοι δ', εἰς ἀνεσὶν καὶ σώματος ἠδέα ἔργα

Δπεύδοντες μάλα πάνπαν, ἐναντία τῶνδε γενέσθαι. 30

Ἄλλὰ Ζεῦ πάνδωρε, κελαινεφές, ἀρχιξέραννε,

Ἀνθρώπους εἴρουσαι ἀπειροσύνης ἀπὸ λυγρῆς,

Ἦν σὺ, πάτερ, σκέδασον ψυχῆς ἀπο, ὅς δε κυρῆσαι

Γνώμης, ἧ πίσυνας σὺ δίκης μετὰ πάντα κυβερνῶς,

Ἦοφ' ἂν τιμηθέντες ἀμειβώμεσθ' ἀ σε τιμῆ, 35

Ἦμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκές, ὡς ἐπέαικε

Θνητὸν ἔοντ', ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μείζον

Ἦῦτα θεοῖς, ἧ κοινὸν αἰεὶ νόμον ἐν δίκῃ ἀμειβῆ.

Denn so fügest du Alles in Eins zu dem Bösen das Gute, 20
 Dass Ein ewigwaltend Gesetzwort herrsche für Alles,
 Welches vermeiden und fliehen die Frevler des Menschen-
 geschlechtes,
 Unglückselige sie, die sich wünschend der Güter Besitzthum,
 Weder des Gottes gemeinsam Gesetz vernehmen noch an-
 schau'n,
 Welchem gefolgt mit Verstand doch, ein edeles Leben sie
 führten. 25
 Sie nur jagen vom Schönen entfernt nach Andre'm die An-
 dern,
 Diese mit zwietrachtvoller Begierde den Ruhm zu erhaschen,
 Die zu erstreben den Wucher nicht Ordnung und Sitte be-
 folgend,
 Andre zu pflegen der Ruh und den üppigen Werken des
 Leibes
 Opfernd mit Macht, und erhalten was ihrer Begierde ent-
 gegen. 30
 Aber o Zeus, Allgeber, du Wolkenbewegender Donnerer
 Löse das Menschengeschlecht aus ihrer herben Verblen-
 dung,
 Scheuche sie weg von der Seele, o Vater! und lass sie er-
 fassen
 Weisheit, solche mit der du das All lenkst, immer wie's
 Recht ist,
 Auf dass geehret von dir, auch wir dich erheben in Ehr-
 furcht. 35
 Ohn' Aufhören dein Thun verkündend, so wie es geziemet
 Sterblichen Wesen, denn nichts ist erhabner für Götter und
 Menschen,
 Als nach Würdigkeit stets die gemeinsame Satzung zu preisen.

V. 1. κῶδιστος est illustrissimus, clarissimus. Derivatur iste superlativus a positivo κῶδος. Κῶδος autem factum est ex nomine κῶδος, h. e. interprete Hesychio δόξα τιμή, quod a Cic. fin. 5, 18. ex Homer. Odys. μ, 184 vertitur nomine gloria. Proclus ad Hesiod. εργ. 257. ἀπὸ τοῦ κῶδος, inquit, γίνεται κῶδος, καὶ κῶδῆ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἔχθρος ἔχθρος. cfr. Etymol. M. Apud Homerum hoc epitheton non tantum Iovi tributum legitur, ut Il. β, 412 γ, 276. hymn. in Iov. 4. sed aliis quoque diis, ut Junoni quae Il. σ, 184. vocatur Διὸς κῶδῆ παράκοιτις et Minervae, quae Il. δ, 515. Διὸς θυγάτηρ κῶδιστη appellatur. Sic apud Hesiod. theogon. 442. Hecate dicitur κῶδῆ θεῶν. Sed quantum ex his locis patet, deorum hoc epitheton fuisse, tamen eodem homines quoque ornati reperiuntur, ut Agamemnon ap. Homer. Il. ω, 122. Sic Theocritus 17, 2 Iovem dicit ἀθανάτων τὸν ἄριστον, et 17, 12. Ptolemaeus τὸν ἄριστον βασιλέων. Hesychius κῶδιστε ἔνδοξόταται σεμνὲ, τιμιώτατε. [Ceterum miro modo Heeren in Stobaei Canterum citat qui legat κῶδιστε, quam tamen T. II, II. p. 140 ipse dicat apud illum hunc hymnum non exstare. M—

πολυώνυμε. Si simpliciter et propria notione (vid. Xenoph. Symp. 8, 9. Aristot. de mundo 7.), qua significat eum, qui multis nominibus appellatur, accepisset poeta parum hoc epitheton faceret ad Iovis laudem, quam tamen statuendum est propositam poetae fuisse. (De πολυωνυμία deorum cf. Selden. de diis Syris p. 55. et additamentum p. 116.). Nam etiam Alecto furia dicitur ap. Virgil. Aen. 7, 337. mille nomina habere, (et in Brunck. anall. T. III n. DCCVH. πολυώνυμε Κούρα). Ergo haud dubie respicitur h. l. et in locis similibus omnibus ad honorifica illa quae et ipsa multa facere, Iovis nomina, ut Opitulus, Annus, Invictus, Stabilitor, (v. Augustin. civ. Dei 7, 11.) Liberator, (v. Herodot. 3, 142. Xenoph. Oecon. 7, 1. F

scherus V. C. in ind. ad Aeschinis Socrat. dialogos) Optimus Maximus, (v. Cic. de N. D. 2, 25.) Pater, (infra v. 33. Homer. Il. 9, 49. π, 458.) Servator, (v. Pausan. 2, 20. 4, 31.) Stator. (v. Liv. 1, 12.) Plurima enim eius nomina faciunt fere non nisi ad indicanda loca, quibus ille vel natus, vel commoratus vel cultus fuisse, vel aliquid gessisse dicitur, ut Dictaens, (Virgil. Ge. 2, 536. 4, 152.) Casius, (Plin. h. n. 5, 12.) Capitolinus, Fulminator, Muscarius. (Pausan. 5, 14.) Quare minus bene videtur Callimachus in hymno suo in Iovem controversiam de genere et patria eius attulisse v. 4 sqq. Simul vero etiam pertinet illud epitheton ad nominis celebritatem plane insignem. [Sic Blumauer in Freimaurergedichten, Wien 1786, 8. Gebet eines Freimaurers: „Du, den aller Erdenvölker Zungen Tausendfach verschieden stets genannt; Den jedoch bei seinen Huldigungen, Nie ein Volk auf Erden ganz verkannt. et Popii Angli carmen:

Father of All! in every Age

In every Clime ador'd

By Saut, by Savage, and by Sage

Iehovah, Iove, or Lord:

v. Xen. symp. 8, 9. Gale ad Phurnut. de N. D. c. 9. p. 150. Schol. Aeschyl. Prometh. 210. M—f.] Certe innumeris fere in locis posita olim Iovi erant templa et arae et statuae, et ap. Hesiod. theog. 785. πολυώνυμε ἕδωρ est aqua celebratissima, [ut ap. Pind. Pyth. 1, 17. πολυώνυμον ἄντρον spelunca celebratissima M—f.]. Ceterum etiam Pluto Diana, Venus, Bacchus, Apollo πολυώνυμοι fuerunt. (v. Spanhem. ad Callim. h. in Dianam 7. p. 129. T. II.) [Melius fortasse ex Stoicorum sententia explicatur, qui diversissimis nominibus deum appellare solebant cfr. Diog. Laert. in Zenon: ἐν τε εἶναι θεόν· καὶ νομὸν καὶ εἰμαρμένην καὶ Αἴα, πολλαῖς τε ἑτεραῖς ὀνομασίαις προσονομάζε-

σθαι. Cfr. *ib.* p. 527. D. sq. Θεὸν δὲ εἶναι ζῶον, ἀθάνατον, λογικόν, τέλειον, ἢ νοερόν ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῖ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικόν κόσμου τε, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ. Μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον. Εἶναι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν τῶν ὄλων, ὡσπερ καὶ πατέρα πάντων. Κοινῶς τε, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις. Δία μὲν γὰρ φησι, δι' ὃν τὰ πάντα· καὶ Ζῆνα καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἰτίος ἐστίν, ἢ διὰ τοῦ ζῆν κενώρηκεν· Ἀθηνῶν τε, πατὴρ τῆν εἰς ἀθάτερα διάβασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἡραν τε κατὰ τὴν εἰς ἄερα· καὶ Ἡφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν· καὶ Δήμητραν κατὰ τὴν εἰς γῆν· ὁμοίως τε καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοι τινὸς οικιότητος ἀπέδοσαν. et *Minut. Felix. Zeno et Chrysippus et Cleanthes sunt et ipsi multiformes, sed ad unitatem Providentiae omnes revolvuntur. Hac de causa Cic. in Ill. d. nat. D. invehitur in Stoicos. M.—f.]*

Vocabulum *παγκρατής* respondet Latin. vocabulo *omnipotens*, et, ut etiam ap. Aristoph. *thesmophor.* 368. Iovi hoc epitheton tribuitur: ὁ *παγκρατὲς Ζεῦ*, ita eidem dicitur ap. Aeschyl. *Prometh.* 518. destinatum esse *ἀεὶ κρατεῖν*. cfr. Virgil. *Aen.* 1, 233. Hesychius: *παγκρατής· πάντων κρατῶν καὶ ἀρχῶν καὶ βασιλεύων. παγκρατής· Ζεὺς*. [Ceterum Moersch. legit perperam *παγκρατής* et Schwabe non melius *ἀεὶ*. M.—f.]

V. 2. Ursin., Cudw., [Dorvill., Simon.] pro *Ζεῦ* ediderunt *Ζεῦς* [vel *Ζεὺς*. M.—f.] ubi v. 31. etiam Steph. ita habet.

(De verbo *φύσις* v. ad v. 11.)

ἀρχηγός est auctor, ut ap. Isocr. *Nicochl.* pag. 62. ed. Wolf. (Bas. 1613. 8.) *Τεῦκρος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγός*, et in *panegy.* c. 16. edit. Mori V. C. (Lips. 1766. 8.) *ἀγαθῶν ἀπάντων ἀρχηγοί*. (Athenae, 6, p. 265. E. *ἐγὼ ὑμῖν ἔσομαι πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχηγός*. 13. p. 563. E.

τὸν ἀρχηγὸν ὑμῶν τῆς σοφίας. 15. p. 675. C. τὸν τῶν
 βαβυλων ἀρχηγὸν αἴτιον.) Act. Apost. 3, 15. Christus di-
 citur ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, et Hebr. 2, 10. ἀρχηγὸς τῆς
 σωτηρίας v. Wesseling. ad Diod. Sic. 5, 64. (Plat. IX, 290.
 τῆς πόλεως ἀρχηγός Minerva, Aristid. Platon. 2. T. II
 p. 175. τὸ Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἀκριβῶς ἠομοίτεν αὐτῷ.
 (Miltiadi) πᾶσι γὰρ αὐτὸς ἤρξε τῆς ἐλευθερίας.) [Nomi-
 natur autem h. l. Iuppiter ἀρχηγός, quia certe ex Chrysippi
 mente ἀδιδός ἐστιν, οἱ ἄλλοι θεοὶ — γενητοὶ εἰσιν. cfr.
 Plut. opp. moral. p. 1052. M—f.]

νόμον μετὰ h. e. μετὰ νόμον (ut Eurip. El. 1355.
 ἐπιδοκῶν μετὰ) idem est, quod ap. Xenoph. Cyrop. 1, 3,
 14. οὐδὲ τῷ νόμῳ salva lege h. e. κατὰ τὸν νόμον, legiti-
 me, iuste, idem quod infra v. 34. δίκης μετὰ. Sic Thu-
 cyd. 6, 85. μετὰ καιροῦ opportune, et 2, 89. μετὰ νόμων.
 De re ipsa cf. Cic. de N. D. 2, 38. 45. 46. 66. [νόμον autem
 nominat v. 12. κοινὸν λόγον et v. 38. κοινὸν νόμον. M—f.]
 V. 3. χαῖρε, salve (cf. Virgil. Aen. 8, 301.) Etiam
 Callimachus ita alloquitur Iovem, hymn. in Iov. 94. et Ce-
 rerem, hymn. in Cer. 2. [Cladius elliptice explicat: τῆδε
 εὐχῆ sed non opus. M—f.]

πάντεσσι. Steph. et Ursin. [Simon et D'Orvil. M—f.]
 egunt πᾶσι, quod cum metri leges violet, recte mutatum
 est a Brunckio in πάντεσσι, ut iam legendum esse viderat
 Scaliger in notis ad Stephani poesin philos. — Cudw. [certe
 secundum Moshemii editionem. M—f.] tamen edidit καὶ
 ταῖσι. πάντεσσι θνητοῖσι θεῖσι, scil. ἐστὶ, omnibus mor-
 talibus fas est, licet, h. e. nihil mali aut poenae timendum
 est cuiquam mortalium, quanquam te, Iuppiter, appellare
 videt. Hunc enim sensum verborum esse et reliqua quae
 equantur verba docent, quibus Cleanthes hominum genus
 ab Iove deducit, et intelligi potest e verbis Eteoclis ad Po-
 nyneen. ap. Eurip. Phoen. 625. οὐ θεμιτὸν σοι μητρὸς

δομαίειν κάρα, ubi Schol. *οὐ πρέπει, οὐ δίκαιον*, nempe quia fratrem iam antea v. 618. 622. dixerat *infratrem* et patriam esse, licere ei negat matrem appellare. (cf. Schol. Aristoph. nub. 294.) Sic Sophoclis *Electr.* 127. *μοι θεμς τὰδ' αὐδᾶν*. Possit etiam cum Schol. Aristoph. ad nub. 140. simpliciter explicari: *οὐ δυνατόν*. cf. Apollon, Rhod. 2, 616. Existit igitur gravis quaedam *elegantia*, quae hominibus eadem cum fiducia Deum adire permittit, quacum liberis adire licet parentes. Ceterum Cudw. vitiose edidit *θνήτοσι*, et vocabulum *θεμς* dici ἐπὶ Θεοῦ, *δίει* vero ἐπὶ ἀνθρώπων, notavit Moschopolus ad Hesiod. *ἐργ.* 9. *προσανδᾶν*, alloqui, compellare, et sine casu, absolute ponitur, ut ap. Homer. Od. ξ. 79. et accusativo iungitur, ut ibid. 484.

V. 4. *ἐκ σοῦ γένος ἐσμὲν*, [Dorvill. *ἐκ τοῦ. M—f.*] h. e. tu pater hominum es, tu nos creasti. (cfr. Homer. Il. ε, 896.) Patris enim nomen proprium Iovis est. (v. Spanhem. ad Callim. hymn. in Iov. 94. p. 43.) Hinc Horatius 2, Sat. 2, 79. animum humanum nominat divinae particulae aurae. cf. Antoninus philosophus 2, 1. Senec. ep. 41. et 92. Manil. 4, 891 sqq. Philo p. 170. ed. Turneb. v. Lud. Chr. Crell. diss. τὰ τοῦ Ἐπικλήτου ὑπέροφα καὶ ἄσοφα. (Lips. 1716.) §. 5. Ceterum ex h. l. apparet Paulum apostolum Act. Apostoll. 17, 28. ubi quosdam Atheniensium poetarum dixisse ait: *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν*, non ad solum Aratum respexisse, e cuius phaenomenis illud hemistichium petatum esse dudum observatum est a viris doctis, (ut a Clemente Alex. Stromm. 1. p. 315. B. cf. Fr. Strunz de Arati *τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν*, Viteb. 1719, 4.) Nam etiam Cleanthes Athenis vixit. Fabricius bibl. Gr. l. l. p. 398. laudat locum Euthalii, episcopi Sulcensis, cuius editio actorum apostolicorum exstat in Laur. Alex. Zacagnii collectaneis monumentorum veterum ecclesiae graecae, T. I.

Rom. 1698. 4.) qui pag. 420. dicit, verba a Paulo citata esse Ἀράτου ἀστρονόμου καὶ Ὁμήρου ποιητοῦ. Sed ex Homero nihil huc referri potest, nisi quod ab eo Iuppiter saepe vocatur πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ut Il. α, 47. et Odys. γ. 128. Ζεῦ πάτερ. ἰῆς μίμημα. Steph. Urs. Cudw. Gedik. [Dorvill. Simon. M—f.] legunt ἦχον. Scaliger. l. l. coniciebat ὄχον, quod corpus diceretur ὄχημα ψυχῆς (ap. Platon, in Timaeo. T. IX. p. 386. unde Alexand. Aphrodis. problemm. 2, 64. extr. μὴ ὀχοῦμενον, ὑπὸ ψυχῆς τὸ σῶμα τῷ οἰκείῳ βάρει ἐλεγχόμενον καταπίπτει.) et Gedikius in Mus. Germ. legendum putabat metro repugnans ἐκ σοῦ, quod tamen ipse concedebat esse minus poeticum. [Ahlwardt ap. Mohnike ἦχον mutat in ἴσον non recte, nam 1) veteres non ita similitudinem Dei et hominum describunt. 2) deest pronomen σοῦ et articulus τοῦ. 3) tota orationis series postulat ut loquendi facultas memoretur, quum γ. 4. causam reddat eorum quae γ. 3. dicta sunt. Alteram Ahlwardti coniecturam ὄσον Mohnik. iam reiecit, Peters. coniecit non inepte ὀ σοῦ, quod facile mutari potuit in ΗΧΟΥ quia scribebatur ΘΣΟΥ. Sensus tum evadit hic; Nos homines sumus genus ex te ortum, retinentes hanc tui imaginem, quae in ipso genere est; soli ex omnibus animantibus i. e. tui generis sumus, quod inde apparet, quod tuam imaginem in nobis gerimus. Pet. M—f.] Solum Brunckius edidit ἰῆς, nescio quibus libris auctoribus. Sed tamen quum et metri leges hanc lectionem adiuvant, et vocabulum ipsum exquisitius sit atque rarius altero, secutus sum eam et ipse. Scilicet ἰῆ est vox, i. q. φωνή vel βοή auctore Hesychio [i. e. loquela, qua distinguimur a brutis cfr. Plut. d. plac. philos. 4, 21. M—f.], (Phavorin, in ἀμφιαρχίαν, ἰῆ (leg. ἰά), ἡ ἐκπεμπομένη φωνή, et in ἰῆ — τῆ φωνή — καὶ βοή. it. in ἀδλαχοι — παρὰ τὴν ἰῆν, ὃ σημαίνει τὴν φωνήν. cf. in ἰῆ et ἰάλεμος, et ἰαμβεῖον). Ap.

Eurip. *Rhes.* 553. legitur: *σύριγγος ἰὰν κατακοῦω*, et Aeschylus *Pers.* 940. vocabula *ἰὰν* et *βοῶν* permutat inter se. Iam *ἰῆς μίμημα*, id, quod imitatione vocis existit, h. e. vocis imago et simulacrum, est echo. (Virgil. *Ge.* 4, 50. vocisque offensa resultat imago. Horat. 1, od. 12, 3 sq. Quem Deum? cuius recinet iocosa Nomen imago? 1, 20, 6 — 8. — iocosa Redderet laudes tibi Vaticani montis imago. cf. Philargyr. ad Virgil. l. l. et Erythrae. ind. Virgil. in v. Vocisque. Evodus in Brunck. anall. T. II. p. 288. n. 11. ἦχῶ vocat μιμολόγον. Cf. Heeren ad Stobae. T. I. p. 354.) Echus autem notio continet in se notionem similitudinis, et *λαγχάνειν* proprie dicitur is, cuius sors exit, qui accipit atque consequitur rem, de qua sors fuerat ducta, cum *κλήροῦσθαι* dicantur ii, qui ducunt sortem, auctore Ammonio in v. *λαγχάνειν*. Unde *λαγχάνειν* omnino valet accipere consequi, ut h. l. Apparet igitur, sensum verborum: ἢ — *μοῦνον*, esse hunc: quamvis non pares aut aequales tibi simus, sed tantum tui similes (qua re scriptores Ecclesiastici homines vocant *θεοῦ ἀγάλματα*. (v. Suiceri *Obs. sac.* e. 12. p. 297.) et a Platone T. IX. p. 316 sq. *ψυχὴ* dicitur *τῶν αἰδίων θεῶν ἀγαλιῶ*) atque adeo te inferiores. Cohaerent enim haec et sequentia verba cum praecedentibus ita: Audeo ego homo, Te, Iuppiter omnipotens, appellare s. salutare. Nam etiamsi tantum abest, ut nos, homines et quicquid creasti, aequales tibi simus, ut simus tantum quodammodo tui similes: tamen propterea iure te videmur adire posse, quia tibi originem debemus, quia tu parens nobis es, nos tibi liberi, quia tu omnia curas et gubernas. Cfr. 7 sqq. (In bibl. critic. paedag. 819. N. 4. pag. 460. reprehendit auctor meam verborum *ἰῆς μίμημα* interpretationem tanquam longius repetitam et dicit, vel meram paraphrasin et pro *ἰῆν* positam esse (v. Hand ad Meleagri *Carm.* p. 57. Gierig. ad Ovid. *met.* 3, 335. 4, 349.) ita ut

¶ vocem humanam articulata referatur, quum bestiae dicuntur ἄλλοις et ἄφωνοι, (v. Heinrich ad Hesiod. Ἄσπ. 12.) vel proprie et ad verbum intelligi debere: Nachbildung der Stimme. Homero enim auctore vox et lingua deorum differt ab humana, et haec non nisi instar illius et imago est, v. Koëppen ad Il. α, 403. Vocis potissimum videtur mentio facta, quia est e praecipuis deorum beneficiis, quae homines differunt a bestiis, et se ratione praeditos esse declarare possunt. Unde porro sequitur similitudo cum diis, de qua veteres philosophi multa, v. Gierig l. I. 1, 83. (Haec vocis interpretatio non minus quam mea quaesita est.)

(De μίμημα v. Meleager epigr. CVIII, 3. μίμημα λύρας Leonidas Alexandr. ap. Brunck. T. II. p. 101. n. VIII. Plato in Timaeo T. III. p. 40. D. p. 48. E. μίμημα παραδείγματος Brunck. anall. T. III. n. DCLXXX. Σωκράτους μίμημα.)

¶ V. 5. (Μοῦνοι rectius Clud. edere volebat, hoc sensu: μόνου πάντων τῶν ζώων, ὄσα. [Ursin. Cudw. Stéph. Brunck. Sturz. aliq. μοῦνον sed Simon, Dorvill. Heer. e Cod. Vatic. Boissonad. Goray. Petersen μοῦνοι. M.—f.]. Sic non opus est ellipsi particulae καί. Saepè autem peccatum est in v. μόνου a librariis. Sic ap. Xenoph. anab. 6, 2, 10. (16.) in edd. veti. legitur μόνου pro μόνος, et imprimis ι et ν confunduntur. Ibid. 6, 4, 5. (7.) in omnibus codd. praeter Paris. est γινόμενοι pro γινόμενον. Ibid. 6, 5, 14. (24.) alii legunt τοι alii τόν. — Genitivus πάντων deest etiam Il. ζ, 493.) [Sensus est nos soli ex omnibus animalibus linguae donum nacti sumus. M.—f.]

¶ Verba: ὄσα — γαῖαν, quaecunque vivunt ac repunt mortalia in terra, explicanda esse puto ex μερισμῶ, ut intelligantur non modo animalia maiora, quae fere ζῶα dicuntur, sed etiam minora et minima, τὰ ἐρπετά. Sic Act. Apostol. 10, 12. καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἐρπετά. Nam post vocabulum μοῦνον intelligenda est particula καί, quia parti-

eula τε post verbum ζώει (Cod. Vatic. ζῶσι), quum refe-
 renda sit ad particulam καὶ ante verbum ἔρπει, ut apud La-
 tinos et — et, copulare vocabula μοῖνον et ὄσα [quod omi-
 sit Dorvill. M — f.] non potest. Nec inusitatus est iste
 particulae defectus. Exemplum eius exstat ap. Herodot. 2,
 26. εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὠρέων καὶ τοῦ οὐρανοῦ,
 τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ἁ χειμῶν ἐταῖσι, ταύτῃ μὲν
 τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίας, — ὁ ἥλιος
 ἂν ἀπελευνόμενος ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ. — ἦε ἂν τὸ
 ἄνω τῆς Εὐρώπης. Sic etiam 1. Cor. 15, 20. ἐγήγεστα
 ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ ἐγένετο. Ceterum praepositionem ἐπὶ
 accusativo iunctam non semper significare motum ad locum,
 sed reddi latine posse *super*, vel *in* cum ablativo, docet lo-
 cus Hesiodi theog. 531. ὄφρα κλέος εἴη ἐπὶ χθόνα (Sic Al-
 cipiades ap. Athenae. 10. p. 456. B. ὅσ' ἐπὶ γαῖαν ἔε-
 πτὰ κινεῖται. v. Apollon. Rhod. 3, 891. Brunk. anal.
 T. III. p. 321. n. XV.). Similiter Cic. p. Manil. in praedec-
 num fuisse potestatem. cf. Gell. 1, 7.
 [V. 6. τῷ [Moersch. τῷ et per τῷ ἐνεκά explicat. M — f.],
 h. e. ταύτῳ, dictum est elliptice pro ἐπὶ τούτῳ, propterea
 ideo (sic hoc ap. Horat. 1, serm. 6, 41.), ut ap. Callimach.
 hymn. in Iov. 80. et saepius ap. Homerum, ut Il. β, 250.
 καθυμνεῖν idem est, quod infra 38. ὑμνεῖν, laudare, lau-
 des canere. (Legitur hoc vocabulum etiam ap. Alciphronem
 epist. 2, 2 p. 220. ed. Steph. Bergler, Lips. 1715, 8. et
 ap. Plutarchi adv. Colotem, T. II. p. 1117. Clement. Alex.
 admonit. ad gentes p. 2. B. 43. D. Apollodor. 3, 13, 5.)
 [Dorvill. αἰδῶ legit, quam lectionem recepissem, nisi Futu-
 rum praefendum esset. M — f.].
 [V. 7. σοὶ δὲ — Ursin., Steph. [Dorvill. Auct. hist.
 phil.] legunt σοὶ δέ. minus recte. δὲ enim est scilicet, et
 nberius explicat, quid sit illud κράτος, quae illa potentia
 Iovis v. 6. Unde iam Scaliger. l. l. ita legi iubebat.]

[ὁδε: Harlesius legit ὅτε per errorem certe typogr. M—f.]

Vocabulo κόσμος significari omnino omne ornamenti-
 κή, deinde ordinem, quoniam ordo quamque rem maxime
 rnat, notissimum est. Hesychius: κόσμος· καλλωπισμός,
 ατασκευή, τάξις, κατάστασις, κάλλος. Suidas: κόσμος·
 άξις. Hinc ob perfectam absolutamque elegantiam κόσ-
 ιος appellatus est mundus, (v. Plin. h. n. 2, 4. Plutarch.
 le placitis philosophorum 2, 1. Plato Gorg. T. I. p. 508
 ed. Steph. h. e. στύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν
 αὐτοῖς περιεχομένων φύσεων, quae sunt verba Aristotelis
 ib. de mundo cap. 2. Itaque recte hoc vocabulum distin-
 guit Ammonius a vocabulo οἰκουμένη, ita ut hoc significari
 licat γῆν μόνον τὴν φαειράν. Sed h. l. per κόσμον, et
 μῖα volvi dicitur (ἐλισσόμενος) et quia ei opponitur γαῖα
 et infra 15. χθών, coelum maxime intelligendum videtur,
 ut ap. Platonem in Timaeo (imprimis T. III. p. 31.). Quam
 vocabuli notionem observarunt, (v. Ernesti ad Xen. me-
 mor. 1, 1, 11. Plato ib. l. pag. 40. A. deus νεύμας περὶ
 πάντα κύκλω τὸν οὐρανὸν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πε-
 ποιημένον εἶναι καθ' ὅλον nempe, τίθησι) quorum locis
 a Plinii interpretibus laudatis ad h. n. 2, 1. addam locum
 Philonis de incorruptibilitate mundi, T. II. ed: Mangey,
 p. 488. ubi diserte, λέγεται καὶ ὁ κόσμος, inquit, μόνος
 οὐρανός, et verba Suidae in h. v. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν δια-
 κόσμησιν τῶν ἀστέρων κόσμον εἶναι λέγουσι. cfr. Hesych.
 infra 16. ad vocabulum πόλος. Sic etiam Latini utuntur
 vocabulo mundus, ut Lucret. 5, 1435. Habuit autem ista
 τοῦ κόσμου appellatio auctorem Pythagoram. (v. Diog.
 8, 48.) Ceterum etiam in Orphei hymnis 3, 3. legitur:
 κόσμῳ σφαιροῦ ἐλισσόμενος περὶ γαῖαν. [Diogenes VII,
 138. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων κόσμον
 εἶναι λέγουσιν dicit diserte Stoicis hanc significationem tri-
 buens M—f.]

V. 8. (*Ἐλισσόμενος*. Primum de lunae motu legitur apud Empedoclem 172, 173. ed. meae.)

ἢ κεν ἄγης, quocunque agas, veritas. cf. Hesiod. *ἔργ.* 280. ubi pro κεν dicitur ἄν. Cudw. legit ἢ κεν [Auct. hist. phil. Steph. Fiorell; Koseg. Dorvill. ἢ κεν legunt M—f.] si quidem minus bene. Tollit enim haec lectio, vel minus certe, insignem, quae inest alteri lectioni, gravitatem atque dignitatem.

κρατεῖσθαι ὑπό τινος, teneri ab aliquo, est imperari sibi ab aliquo pati, imperata ab aliquo accipere, alicui parere. [Dorvill. et Steph. legit σοῖο. M—f.]

ἔκων autem, quod additum est, non parum facit ad argendam Iovis laudem, quippe qui tanta cum sapientia omnia gubernet, ut eius imperium tantum absit, ut molestum sit illis, quibus imperet, ut etiam sit incundissimum. Quae eadem est summa regis et imperatoris virtus v. Xenoph. *Cyrop.* 1, 6, 18. 19.

V. 9. et 10. τῶν — κεραιών. Haec verba continent causam, cur dici recte Iuppiter possit mundum regere. (Huc pertinet Apollon. Rhod. 1, 509—511.) Valere enim illum potentia dicit.

Scilicet τοῖος, talis, quod vocabulum alias ad οἶος, qualis refertur, h. li. ita absolute positum est, ut ap. Virgil. *Aen.* 7, 328 sq. (8, 325. sic. it. 9, 807. Koepen griech. Blumenlese T. III. pag. 9.) et 9, 132. tot. cf. ibid. 447 sq. Quae quidem ratio reddit orationem concitatiores et graviores. ὑποεργός idem est, quod ὑπουργός minister, et fulmen etiam ap. Xenoph. *mem.* 4, 3, 14. vocatur ὑπηρέτης τῶν θεῶν cfr. Ps. 104, 4. Nam Iovi proprie tributum fuisse fulgur, satis constat. v. Horat. *S. od.* 3, 6. Virgil. *Aen.* 1, 234. cf. P. Burmanni libellus de Iove Fulguratore, qui editus exstat cum eiusdem libro de vectigalibus populi Romani Leidae 1734. 4.

ἀνικήτοις ἐνὶ χερσίν, invictis manibus. Cudw. habet
 ἐκινήτοις, immotis, intrepidis. Minus bene quanquam Ge-
 ik. in Mus. Germ. praetulit hanc lectionem. Nam victo-
 riae notione videtur maior Iovis dignitas significari, quam
 atrepiditatis. (In bibl. critici. paedag. 1819. N. 4. p. 461.
 comparat auctor Soph. Oed. Col. (1507.) 1515. χειρὸς
 ἧς ἀνίκητου βέλη. et Orph. hymn. 18, (19. ed. Herm.)
 19, 4. (20, 4. ed. Herm.) ἀνίκητον βέλος ἄγνον. Ante
 oculos habuisse nostrum videtur Orphicus hymn. 18, 11—14.
 et Catull. 64, 204—206: ubi legi iubet: quo cuncta et tel-
 us etc. praefert ἀνικήτοις, quod sublimiorem et maiorem
 Iovis ideam nobis praebeat; significari enim, ne opus qui-
 lem esse Iovi ut manibus utatur sed solam eius voluntatem
 officere. cf. Hom. Il. α, 528; et poetas uti solere epithe-
 is, quae magis ad rem, cui iuncta sunt, pertineant, quam
 ad personam, cuius illa est: sic Hor. Od. 1, 2, 1—4. ru-
 vente dextera.)

Sic nec lectionem ὑπὸ pro ἐνὶ quae est in Urs. Steph.
 et Cudw. [quibus assero Codd. ab Heerenio collat. Dorvill.,
 Boissonad. et Simon. Dorvill. habet ἔχοις. M—f.] probari
 posse putabam, quia ὑπὸ χερσίν ἔχειν vix esse poterit: ma-
 nibus tenere, quam tamen notionem postulat series oratio-
 nis. [Lubenter tamen ego Petersenii sequor sententiam, qui
 licet verbo ὑπὸ melius significari Iovis potentia, quum ful-
 men Iovi non solum detur sed simul subiiciatur, quae sit
 πὸ c. Dativ. significatio, sic Hesych. ὑπ' ἐμοί· ὑπὸ τὴν
 μὴν ἐξουσίαν et Hom. Il. β. 307. καλῆ ὑπὸ πλατα-
 τιστῶ. M—f.]

V. 10. ἀμφήκης, anceps proprie gladii epitheton est,
 . Homer. Il. κ, 256. φ, 118. Soph. Ai. 286. Itaque cum
 . I. tributum legatur fulmini, haud dubie fulmen conside-
 randum est tanquam Iovis gladius, quo ille et se defendat
 ostesque percutiat, et malos puniat. Iuvat hanc interpreta-

tionem Hesychius: *κεραυνός*· τὸ τοῦ Διὸς ἀμυντήριον.
Ceterum Brunckius in analectis male edidit *ἀμψηκῆ*.

Vocabulum *πυρόεντα* [pro quo ap. Mohnik. typographi errore legitur *πυρόεντα*. M—f.] videtur explicare vocabulum *ἀμψηκῆ*. Scilicet ut gladius maxime nocet acie duplici, id est fulmen igni. Sed ob hanc causam vocabuli elegantioris explicationem non omnino necessariam perit vocabulo *πυρόεντα* sua elegantia, ita ut paene langueat.

ἀεὶ ζῶοντα [pro quo omnes praeter Dorvill. et Mohnik. *ἀειζῶοντα* habent M—f.] semper vivum, h. e. semper integrum et acutum et potens. Sic Callim. hymn. in Del. 314. *ἀεὶ ζῶοντα ἱερὰ* (Xen. Cyr. 8, 7, 3. p. 353. *ἀνάγκη δὲ ζῆν τὰ ἑμέτερα ἔργα*. Heraclitus Ephesius ap. Clem. Alex. Stromm. 5. p. 599. C. *πῦρ ἀεὶ ζῶον*, Melanippides, Lyricus ibid. p. 602. D. *τῆς ἀεὶ ζῶον ψυχᾶς μεδέων*. Antipater Sidon. ap. Brunck. Anall. T. II. p. 25. n. LXX. *ἀεὶ ζῶον Πιερίδων στέφανον*.) [Fulmen *ἀεὶ ζῶον* dicitur, quod particula est *πυρὸς τεχνικοῦ*. M—f.]

Fuerunt autem tria fulminum genera, *ἀργῆτες*, *ψολέεντες* et *καταβάται*. (vid. Aristotel. de mundo 4, 3.) Unde Iovi etiam fulmen trifulcum videtur tributum fuisse. v. Godfr. Wagneri diss. de fulmine, Viteb. 1710. 4. [h. l. Mohnik. per errorem legit *κεραύνον*. Tzetz. ad Lycoph. 382. quinque genera habet. *εἶδη κεραυνῶν πέντε*· Πρωστηρ, ὃ καὶ πυρόεις καλούμενος, ὃς καταφερομένῳ τοῦ πνεύματος καὶ ἐκπυρωθέντος καὶ λεπτυνθέντος γίνεται. Σκηπιός, ὃ καὶ καταβάτης, ὃς γίνεται παχυνθέντος τοῦ πυρώδους πνεύματος. Ἀργῆς, ὃς διὰ τὴν πᾶσι λεπτότητα οὐ φλέγει, μελαίνειδε. Ψολέεις, ὃ ἐν τῷ ψαύσει ὀλλων. Ἐλικίας δε, ὃ συστροφᾶς καὶ ἑλικωποιῶν, διὰ μέσην ταχύτητα καὶ ὑγρότητα τῇ πυκνότητι τοῦ ἀέρος ἀντωθούμενος. Post hunc versum omnes praeter Ursinum et Mohnik. maiorem interpunctionem habent, scilicet

sensus horum verborum non ut Mohnik. vult cum verbo ἐξ-
 ἰγασιν sed c. verbo παντός v. 14, clauditur, quia illis ver-
 bis fulminis vis describitur, M — f.]

V. 11. τοῦ poeticum est pro τούτου, ut ap. Homer,
 l. ξ, 133.

ὑπὸ πληγῆς — Ita primus edidit Brunckius, quam le-
 ctionem et ipse praefendum puto ei, quae est in reliquis
 editionibus [et apud Dorvill., Simon., Coray. et Mohnik.]:
 πληγῆς sine ι subscripto. Nam πληγῆς est dativus plura-
 lis pro πληγαῖς, qui eidem praepositioni ὑπὸ iunctus legitur
 ap. Callim. h. in Del. 324. et epigramm. 1, 9. Haec au-
 tem praepositio ὑπὸ etiam dativo et ablativo iuncta respon-
 det Latinorum praepositioni *prae*, h. e. ob, ut ap. Zosim,
 l. 2. ἐκαθ' ἑαυτῶν ὑπὸ καύματι, quanquam sic ei simul
 nesse videtur notio subiunctionis cuiusdam, quae non nisi
 per periphrasin exprimi latine possit.

φύσεως πάντα, omnia quae naturae sunt, est universa
 natura, res creatae omnes. Qui quidem vocabuli φύσις
 usus philosophicus magis est, quam poeticus (ut supra v. 2.).

ἐξήγασιν, [Sim. ἐξήγασιν omisso v ἐφελκιστικῶ, Dor-
 vill. ἐρηγα ut Codd. Augsb. et Vatic. perperam. M — f.]
 timent, obstupescunt, ut ap. Hom. Il. μ, 208. ο, 436.
 Proficiscitur a verbo ῥιγῆν, quum ῥιγοῦν sit frigere, rigere.
 Thomas Magister; ῥιγέω, τὸ φοβοῦμαι, ὅπερ ἐστὶ ποιη-
 τικόν. ῥιγῶ δὲ ἐπὶ κρύους. Hesych. ἐξήγασιν φοβοῦν-
 ται, εὐλαβοῦνται. [Ponitur h. l. pluralis verbi apud neu-
 rum; quod in hoc neutro πάντα; tota natura etiam homines
 sunt. M — f.]

V. 12. [ᾠ pro ᾠ non recte legit Heeren. M — f.]

κατευθύνειν est regere, dirigere, moderari. Ceterum
 Jrs. [Steph. et Dorvill. M — f.] edidit κατευθυνεῖς, ut est
 Ps. 7, 9. quam lectionem non recte deseruisse puto reliquos
 hymni editores. Futura enim, ut aoristi, consuetudinem

interdum et frequentiam indicant, quae latine reddatur p
solet. (v. Graev. lect. Hesiod. *ἔργ.* 185.)

κοινὸν — φοιτᾶ, rationem quandam per omnem natu
ram rerum pertinentem vocat Velleius Epicureus ap. Ci
de N. D. 1, 14. quam esse vi divina affectam Zeno put
bat. v. omnino Diog. Laert. 7, 88. Stoici dicebant, *δι
πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ θεῖον διήκειν.*
Clem. Alex. admonit. ad gentes p. 44. A. cf. Stromm. I
p. 295. C. οἱ Στωϊκοὶ, σῶμα ὄντα τὸν θεὸν διὰ τῆς ἀτι
μοτάτης ὕλης πεφοιτηκέναι λέγουσι. it. 5, p. 591. B. S
Timaeus ap. Plat. T. III. p. 30. B. ed. Steph. *κατὰ λόγον
τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον
ἔννον τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρό
νοιαν.* cf. p. 34. B. (κοινὸν λόγον v. Ast addenda ad Plat.
Phaedr. adiecta eius commentario ad Plat. Polit. p. 653.)

V. 13. *μιγνύμενος — φάεσσιν.* Stoici enim ipsi mundo
et astris tribuebant rationem et mentem. (v. Cic. l. l. 2, i.
11. 16. 21. Senec. ep. 65.) Urs., Steph. [Codd. Vat.
Augsb. Simon. et Dorvill. M—f.] legunt: *μεγάλων μι
κροῖσι φάεσσι*, quod fere nullum efficit sensum. Unde
Cudw. plane haec verba omisit. [Ego cum Petersenio recepi
codd. lectionem *μεγάλων μικροῖσι*; nam *μίγνυμι* cum Ge
nitivo construitur cfr. Empedocl. 1, 112. (ed. Sturz.) οἶδ'
εὐτ' ἢ κατὰ φωτῶν μισγέντ' ἐσ φάος ἔλθῃ. et 2, 116
M—f.]

Videntur autem per *φάη μεγάλα* sol et luna intelligi
per *φάη μικρὰ*, stellae et sidera. Nam, *φῶς*, inquit Plato
in Timaeo T. IX. p. 320. *ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆ
δευτέρα τῶν περιόδων ὃ δὴ νῦν ἠεκλήκαμεν Ἥλιον,* *ἐπὶ
ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανόν.* — *νῦξ* με
οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω.

V. 14. *ὅς* pertinet ad Iovem, et haud dubie post verbum
διὰ παντός verba nonnulla vel potius integer versus, inter

ciderunt. Nam posteaquam ostenderat poeta 4 — 15, Iovem esse *παγκρατῆ* et *φύσεως ἀρχηγόν*, incipit iam uberius explicare alterum illud, quod supra, v. 2, sibi proposuerat, nimirum eundem iustissime omnia gubernare. Quam quidem alteram hymni partem ita fere videtur orsus esse: Tu, qui tantus es ac sempiternus rex atque praeses non solum ea potentia vales, qua possis, quaecunque placuerit, agere, (cfr. Cic. N. D. 3, 39.) sed optime quoque scis, quonam potissimum modo gubernari mundus atque regi debeat. [Dorvill. Codd. Vatic. et Augs. Florel., Peters. et Kosegart. legunt *ὡς*. Recte. Nam nihil huic versui deest, neque quidquam postea ut Brunck., Sturz. aliique volebant. *ὡς* h. l. ut saepe pro *οὕτως*, ita, hoc modo positum est, et referendus est totus hic versus ad verba *κοινὸν λόγον*, quorum verborum interpretatio est; *λόγος* autem Stoicorum per cuncta grassatur et omnia regit. Quibus ex causis Mohnikium sequutus sum, qui primus hanc interpretandi viam ostendit; de codd. cfr. Heer. in Stob. ad h. l. M — f.]

Nam *ὑπατος* proprie est superlativus contractus ex *ὑπέριστος*, h. e. altissimus. Hesych. *ὑπάτη· ὑπεριτάτη*. Sic Callimach. hymn. in Del. 126. *οὐρεος ἔξ ὑπάτου*, et hymn. in Dian. 196. *πρηόνος ἔξ ὑπάτοις*. Deinde significat eum, qui suo in genere princeps est atque eximius. Hesych. *ὑπατος· ὑψηλός, ἔντιμος, πρώτος, διαφέρων τῶν ἄλλων, ἔξοχώτατος*. Sic ab eodem Callim. h. in Del. 166. Ptolemaeus Philadelphus dicitur *σαωτήρων ὑπατον γένος*, et a Plutarcho sympos. 1, 3. vocabula *ὑπατικός* et *ἔντιμος* inter se permutantur. Apud Callim. h. in Iov. 91. Iuppiter appellatur *παννέριστος*, ad q. l. vid. Spanhem. Sed ap. Homerum epitheton *ὑπατος* frequenter Iovi tributum reperitur, ut II. τ, 258. ψ, 43. *θεῶν ὑπατός*, II. ϑ, 31. Od. α, 15. 81. *ὑπατε κρειόντων*, quae formula respondet formulae nostri poetae: *ὑπατος βασιλεὺς*, ut cum formula *βασιλεὺς διὰ*

παντὸς convenit ea, quae legitur ap. Callimach. l. l. αἰὲν ἀναξ.

Nam διὰ παντὸς, scil. χρόνου est semper. Hesych. verba διὰ βίον explicat per verba διὰ παντὸς et αἰὲν taquam per synonyma.

γεγαῶς autem proprie quidem dicitur natus, sed omni etiam is, qui est, s. existit. Hesych. γεγαῶς· γεγονοῦ ὑπάρχων. Sic Homer. Od. δ, 112. dixit νέον γεγαῶν et Sophocl. Electr. 24. ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγαῶς. [C. Heerenii mutationem non probans mavult legi ὅς τὸς γέγαυς βασιλεὺς ὑπατος διὰ παντός. M—f.]

V. 15. δίχα proprie est dupliciter, (proficiscitur e a δίς.) divisim. Deinde significat seorsim; denique sicut ut h. l. Hesych. δίχα· χωρὶς, ἐκτός, ἀνευ. Praeposita fere nominibus, [Hes. Ἔργ. 167.] quibus iungitur, sed interdum etiam sequitur eadem, ut ap. Xenoph. Cyrop. 8. 3. ἡ ψυχὴ ἐπειδὴν τοῦ σώματος δίχα γένηται (Sophocl. Electr. 1137.). Ceterum Brunck. in anal. [Moerschel, Cod. Vatic. Simon. et Dorvill. M—f.] et Gedike Cic. hist. philos. legunt γίνεται. [Schwabe habet ἐπιχρῶν δίχα: quod nullum praebet sensum. M—f.]

Hoc ipsum, quod hic de Iove praedicatur, Virtus similis dicitur ap. Xenoph. mem. 2, 1, 32. δαῖμον. Ita etiam Iulianus Iovem appellat. l. l. 44. Qua quidem appellatione rursus videtur ad eximiam, quae est in Deo, rerum omnium virtutem. Certe Hesychius, δαίμονες, inquit, οἱ θεοὶ, ἀνευ τινος ὄντες, ὅσον ἔμπειροι. Ursin., Steph., C. [Moerschel, Simon, Dorvill. δαίμων, Jacobs. in epist. δαῖμων. M—f.] legunt δαίμων.

[Sensum huius totius versus explicat Auct. incert. Stobae. θεοῦ θέλοντος ἔργα πάντα γίνονται. citat Chrysippus apud Plutarch. opp. moral. p. 1050. e

οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα παρὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον εἶναι καὶ νόμον καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν. M—f.]

V. 16. πόλος est proprie vertex, cardo coeli, axis. Nam πολεῖν est vertere. Hesych. πόλος, ἄξων. Sed poetae accipiunt pro ipso coelo. Hesych. πόλος, οὐρανὸς, κόσμος v. Aristoph. aves 179. qui dicit ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται ἅπαντα, διὰ τοῦτό γε καλεῖται νῦν πόλος. et ad illum locum schol. e quo descripsit sua Suidas: πόλου· οὐρανοῦ ἢ κόσμου. — πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι, σημειῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Etiam Latini sic utuntur vocabulo *polus*, ut Virgil. Aen. 1, 608.

Vocatur autem θεῖος, divinus, non quo Cleanthes putaverit, aethera esse summum deum, quod falso traditum fuit a Cic. Acad. 2, 41. et Lactant 1, 5. sed quia Aristotele auctore (de mundo cap. 2.) coelum putabatur τὸ ἀνώτατον θεοῦ οἰκητήριον cf. Hesiod. ἐργ. 18. (Homer. Il. ο, 192. Virg. Aen. 10, 459.)

αἰθήρ enim est ultimus et altissimus atque undique circumfusus et extremus omnia cingens atque complexus ardor (v. Cic. N. D. 1, 14.) sive summa pars coeli. (ibid. 2. 45.) Hesych. αἰθέρα· ἐμπυρισμόν. ἀπὸ τοῦ αἰθεσθαι, καλεσθαι. Suid. αἰθήρ· ὁ ἐν ὑψει ἀήρ.

ἐνὶ πόντῳ. Urs., Steph., Cudw. [Simon., Dorvill., Petersen. M—f.] legunt ἐπὶ πόντῳ.

πόντος (v. Eustath. ad Odys. α, pag. 1382, 56.) autem, Suida auctore, proprie est mare intra Chersonesum et Euxinum. Deinde καταχρηστικῶς quodvis aliud mare ita licitur. Vid. Hesiod. ἐργ. 670. Etiam in hoc vocabuli *pon-tus* usu imitati Graecos reperiuntur Latini, ut Ovid. metam. 13, 900.

V. 17. ῥέζειν est facere. Imprimis poetae hoc verbo utuntur. Hesych. ῥέζουσι· πράττουσι.

[σφετέρησιν. Dorvill. σφετέραισιν. M—f.]

ἄνοια proprie est dementia. Sed significat etiam temeritatem et imprudentiam ut ap. Isocr. paneg. 37. ταῦτα πάντα γέγονε διὰ τὴν ἡμετέραν ἄνοιαν. [Dorvill. legit ἄνοιας. M—f.]

Similis nostro locus exstat ap. Hesiod. ἔργ. 685. ἄθροποι ῥέζουσιν αἰδρείησι νόοιο. Ceterum cur sine Deo fieri dicantur improborum hominum actiones, apparebit v. 21a et sententia ipsa videtur esse ex Homero ducta, Il. 409. κείνοι δὲ σφετέρησιν ἀτασθαλίησιν ὄλοντο (Xenoph. Cyneg. 12, 12.). Quae sententia quum plurimum faciat ad extollendam augendamque Iovis laudem, quantum pulchritudine atque elegantia adhibita sit a poeta sponte patet.

V. 18. Hic versus deest in Urs., Steph., Cudw., Brunck anal. (Moerschel). [Simon., Dorvill., Mohnik. ceterique habent. Heeren, qui eum habet, non commemorat, num legitur in codd. nec ne. Sim. Dorv. versum hunc in codd. invenisse credibile est, e quorum libris Brunck. in plagula istas et Gnomicos recepit, Petersenio teste antea casu interceptus a Brunckio e codd. Par. receptus est. Tyrwhitt praef. ad Orph. Lithic. p. LV. ed. Hermanni, quum ante de gravitate Codd. Aug. et Leid. dixisset imprimis ob Stobaeum addit deinde: Quantum in his (Stob. eclog.) suppleri et emendari possit, ex Mss. Augustavo et Leidens praeclarum specimen dedit scriptor anonymus in Miscell. Observatt. Vol. VII. p. 181—96. ex quo hic tantum notari iuvat, versum integrum, et ad sensum apprime necessarium hymno Cleanthis restitui posse, post ver. 17. πλὴν ὅπως ῥέζουσι κακοὶ σφετέραισιν ἄνοιας. Sic enim pergit MS **ΑΛΛΑ ΣΥ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΑ ΕΠΙΣΤΑΣΑΙ ΑΙ ΤΙΑ ΘΕΙΝΑΙ** καὶ κοσμεῖν τὰ ἕκαστα. κ. τ. λ. M—f.

τὰ περισσὰ sunt ea, quae sunt numero impari, deinde

pervacua. Haec Iuppiter scit reddere paria numero, ἄρ-
α (cf. Brunck. anall. T. II. pag. 480. n. XIII, 3. T. I.
69. v. penult. et p. 70. v. 6. imprimis Plutarch. de def.
fac. p. 762. Steph. Plato 1, 27.), h. e. scit, seu potest ea,
tae ceteris praestant vel magnitudine, vel pulchritudine, vel
multitudine vel potentia, etc: ita reliquis aequare, ita tempe-
rare ut pulcherrima existat rerum omnium harmonia atque
proportio (cf. v. 21.).

Θεῖναι enim idem est, quod ποιῆσαι interprete Hesy-
chio. Sic Homer. Il. a, 2. ἄλγε' ἔθηκε. (Athenae II.
pag. 501. C. τὸ ποιῆσαι Θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέ-
ετο. Schol. Apollon. Rhod. I, 421. Θεῖναι γὰρ τὸ ποιῆ-
αι. vid. 1, 569. 2, 1147.)

V. 19. κοσμεῖς [pro quo κοσμεῖν, quod Dorvill., Pe-
ers. et Boissonad. habent et ab ἐπίστασαι pendet recipi.
M—f.] τὰ ἀκοσμία, quae confusa et indigesta sunt, ea in
ordinem redigis. Hesych. ἀκοσμα· ἀτάκτα· κοσμησαι·
διατάξαι. Similis locus est in Platonis Tim. p. 527. A.
τὸ κινούμενον πλημμελῶς (καὶ ἀτάκτως) θεὸς εἰς τὰ
ξιν ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. (cf. pag. 69. B. et Plut. de
fato c. 9.) Plures locos collegit Wytttenbach. ad Plutarch.
de sera num. vind. p. 28.

οὐ φίλα σοὶ φίλα ἔστιν, quae iniucunda hominibus
sunt et ingrata, tibi placent [his verbis non mala indicat,
sed ea tantum, quae vilia et mutilata esse videantur, ita ut
fiat sententia: Uti tu etiam vilissimis uteris rebus ad orna-
tum mundi, sic etiam hominum actiones minus rectas ceteris
innectis, ut perfectum totum existat. M—f.]. Hanc enim
vim habet formula φίλον ἔστι vel φίλα ἔστι. (v. Sophocla
Ai. 1057. Electr. 1301. Eurip. Elect. 1352. et Homer.
Il. a, 107. ibique Scherpetzel.) Ceterum dativus σοὶ caret
accentu in Urs., Cudw. et Brunck. anall.

[ἔστιν. Dorvill. haud bene legit ἔστιν. M—f.]

V. 20. *ἅπαντα*. — Ceteri editores, Urs., Steph., Cudw. Ged. [Moersch., Cludius, Schwabe, Simon., Pertersen M—f.] et ipse Brunck. in analectis legunt *πάντα*. (Si etiam ap. Manethonem 3, 10. Dorvill. ad Charit. pag. 219 legi iubet *ἅπαντας* pro *πάντας*. ap. Xen. Cyrop. 2, 4, 24 ed. Zeun. cod. Guelf. habet *πάντας*, reliqui *ἅπαντας*. Contrarium est 5, 4, 19. v. Zeun. ad 1, 6, 38.) Praeferendam vero alteram illam lectionem existimo, tum quia metrum ita levius defluit, tum quia τὸ ἅπαντα magis indicat rei alicuius universitatem.

συναρμόζειν est apte coniungere, consociare, i. e. *συνάπτειν*. Ceterum etiam ap. Xenoph. mem. 1, 4, 8. verbum hoc iunctum sibi habet dativum.

V. 21. *λόγον αἰὲν ἔόντα*, rationem, h. e. proportionem, temperamentum, sempiternam cf. Antonin. 5, 8 *ὅλως γὰρ ἁρμονία ἐστὶ μία*. Haud dubie enim recte Brunckio repudiata est lectio Urs., Steph., Cudw. [Moersch., Schwabe, Simon. et Dorvill. M—f.] qui habent *ἔόντων*, qua e lectione existit sensus ineptus. Ceterum et ille, quem ostendi, vocabuli *λόγος* usus philosophicus, et totus hic locus inde a v. 15. docent, poetam nostrum fuisse philosophum, eumque Stoicum. Stoici enim malorum, quibus mundus refertus sit, culpam neque in materiam, omni qualitate carentem, (v. Cic. acad. 1, 7.) neque in Deum reiici posse statuebant, qui ex commutabili illa et flexibili materia, ex qua nihil sit quod non fingi, quamvis subito, possit, (Cic. N. D. 3, 39.) id, quod effici potuerit, optimum effecerit (ibid. 2, 34.). Tum innumera bona cum contrariis malis tam arcte copulata esse, ut altera sine alteris existere non potuerint. (v. Gell. noct. Attic. 6, 1.) Incommoda et mala singulis quidem mundi partibus calamitatem atque perniciem afferre, sed pertinere posse ad universi salutem et incolomitatem. (v. Antonin. 5, 8. 22. 10, 6. 7. Senec. de prov.

cap. 3. 4.). Solam virtutem verum bonum, malitiam s. vitium unicum et summum malum esse. (v. Senec. l. l. 5. de const. sap. 5. et epp. 66. Antonin. 2, 1, 4, 39.) [Addo Cic. in Tusc. 5, 8. in qua disputatione et Parad. 1. de hac re sermo est. M—f.]. Ingeneratam autem omnibus hominibus esse rectam rationem, cuius ope verum a falso, bonum a malo discernere quisque possit, (v. Antonin. 5. 5. 28.) quin etiam genitos homines esse ad virtutem, et modo ipsi emendari velint, ab ipsa natura ea in re adiuvari. (v. Senec. d. ira 2, 13. ep. 92.) Qui igitur divinae rationis munus ita negligat, ut incidat in errores et vitia, eum sibi, non Deo, tribuere debere calamitatis et adversae fortunae culpam. (v. Antonin. 5, 34. 36. 6, 41.). Ceterum iidem editores [cum Brunckio in plagul. et an., praeter Moersch. et Schwabe qui legunt *γίνεται* et Dorvill. et Simon. qui *γίνεσθαι* habent, — M—f.] legunt *γίνεσθαι*. Ex his, quae iam dicta sunt, intelligi quoque poterunt, quae deinceps sequuntur:

V. 22. Nam *φεύγοντες ἔαν*, fugientes deserere s. negligere, rationem illam s. proportionem malorum et bonorum sapientissime a deo institutam dicuntur, qui cum studio et de industria eam negligunt. Verbum enim *φεύγειν* continet in se notionem celeritatis, nec quisquam fugit, vitat, respuit aliquid, nisi facta deliberatione et capto consilio. Cum vero ratio illa sit optima, nec bonus aliquis vitare studet ea, quae bona vel optima sint, apparet, a Cleanthe recte tales homines dici *κακούς*, improbos. Deinde quia vitium et improbitatis est unicum et summum malum, facile intelligitur, cur poeta eiusmodi homines v. seq. vocaverit *δυσμύρους* infelices.

[*οὐ* pro *ὄν* inepte legitur ap. Dorvill. M—f.]

[*δοι* pro *δοοι* praebet mira corruptione Simon. M—f.]

V. 23. *δύσμορος* Suida interprete, est *δυστυχής*, et *δύσμοροι* recte legitur h. l. non *δύσμορε* ut habet Cudw.

Nam refertur ille nominativus et ad praecedens vocabulum *κακοὶ* et ad sequens *οἷτε*, [pro quo Urs. et Steph. *οἷτε* *ἀγαθῶν* Auct. hist. phil. *ὅτι ἀγαθῶν* et Dorvill. *οἷτε* habent. M—f.]

[*μεν* ἀεὶ mutavere sine causa in *τὴν μὲν* Cudw. et Simon. Sed sic *μὲν* non habet quo referatur; et ceterorum librorum lectio plus gravitatis habere videtur. v. Ast. ad Plat. Polit. 5, 15. pag. 465. extr. et Horat. Epp. 1, 1, 53. de huius loci sensu. M—f.]

Jam igitur explicat poeta, quomodo improbi isti deserant sempiternam illam rerum omnium rationem, quam alia formula

V. 24. appellat *θεοῦ κοινὸν νόμον*, quoniam ea legem vim et auctoritatem habere debet, ex Dei consilio. (v. Heer. ad Stob. P. 1. p. 163. et 27.) [Huc referri potest Chrysippi dictum apud Plutarchum: „*οὐ γὰρ ἐστὶν εὐρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδὲ ἄλλην γένεσιν—ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς, καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως.* M—f.]

Verba *οὔτ' ἐσορῶσι — κλύουσιν* v. 24. videntur explicanda esse: neque ipsi animadvertunt communem De legem, neque ab aliis animadversam tradi sibi permittunt [pro *οὔτε κλύουσιν* Cod. Vatic. corrupte habet *οὔτ' ἐκλύουσιν.* M—f.]

V. 25. [*ᾧκεν*, sic scribendum est pro *οἷκεν*, quod Dorvill. habet et *ᾧκεν* quod est ap. Steph. M—f.]

[*ποιθόμενοι* pro *πειθόμενοι* habet Simon; sed male. M—f.]

σὺν νόῳ dictum est, ut *σὺν νόμῳ*, (vid. ad v. 2.) ita ut sit ad rationis et mentis dictamen, sanam rationem secuti.

V. 26. *αὐθ'* [pro quo paene omnes male *αὐ* habent, restituit Heeren. e cod. Vatic. et Aug. M—f.] est immo, contra. v. Krebs. ad Plutarch. de audiend. poetis pag. 173. (Periz. ad Ael. v. h. 2, 13. Aristoph. nub. 51. Euripid. Androm. 187. Xen. symp. 3, 9.)

ὄρμηξ est proprie activum, et significat incitare. (v. Eurip. Phoen. 1081.). Sed pro medio etiam ponitur omisso accusativo *ἑαυτὸν*, ita ut sit aggredi, ruere, irruere. Sic ap. eund. ibid. 268. legitur *εἰς ἀγῶνα ὄρμηξ*, quod 798. dicitur *ὄρμησθαι εἰς ἀγῶνα*. [Stoicis usitatum erat de arbitrii appetitu. Diog. VII, 85.] Habet hoc verbum simul rationem impetus cuiusdam, ut Latinorum *ruere*, quod in eo etiam convenit cum verbo *ὄρμηξ*, quod active nonnunquam ponitur (v. Donat. ad Terent. adelph. 3, 2, 21.)

καλόν proprie est pulchrum, quod appetitur propter se, deinde honestum, quia quicquid honestum est appetitur propter se, non ob externam utilitatem vel utilitatis externae spem. Verba *ἄνευ καλοῦ* verti possunt: sine sensu pulchri honestique. (De sententiâ ipsa vid. Creüzer. ad Plotin. de pulchri. p. 293. in Praeparat. §. 3. p. VII.). Ceterum perperam Codd. Vatic., Aug. et Doryill. legunt pro *καλοῦ κακοῦ*. De huius versus vera scriptura mihi G. Hermannus V. C. suspicionem movit in *Orphéo* p. 817, ubi dicit *καλὸς* semper apud Epicós ante Nonnum productum esse. Ego igitur iterum ad hunc versum, in quo aliquid vitii latere suspicatus sum, praesertim quum paene omnes codd. post v. 29. habeant hemistichium *ἐπ' ἄλλοτε δ' ἄλλα φέροντες*. Mutare igitur ausus sum et lego:

Αὐτοὶ δ' ὄρμησθιν καλοῦ γ' ἄνευ ἄλλος ἐπ' ἄλλω.

Posui *ἄλλος ἐπ' ἄλλω*: alius alium sequens, ut indicetur temeritas ista, qua faciunt alii aliquid nulla alia de causa, quam quod viderant: alios quoque fecisse. M—f.]

V. 27. *ὑπερ* — *ἔχοντες*, gloriae studentes pertinaciter. Nam *δυσέριστος* dicitur is, quocum difficulter contenditur, qui non facile contradici sibi permittit, h. e. pertinax.

Et *σπουδὴν ἔχειν* est operam dare, studere. (Hoc et sqq. versibus ostendit poeta, quod poetae amant, diversa

esse hominum studia et mores. v. Mitscherlich. ad Hor. O 1, 1, 3 sqq.)

V. 28. *τρέπεσθαι πρὸς* vel *ἐπὶ τι* est se convertere ad aliquid, agredi aliquid, occupari in re aliqua, i. q. *μαῖσθαι* ut ap. Hom. II. γ, 422.

κερδοσύνας [pro qua forma Dorvill. *κερδοσύνης* M—x. quod alias est astutia, *πανουργία*, (v. Suid. et Hesych. in h. v.) videtur h. l. lucrum significare. Certe magis appere puto, cur lucri nimis studiosi referendi sunt inter τὸν πάντων λόγον ἀλὲν ἐόντα φεύγοντας. (21.) Nimirum quia qui opum ac divitiarum copia et magnitudine abundant atque valent, iidem plus possidere solent potentia (v. loci Isocr. ad Demonic. init. et Demosth. Olynth. I. Berglero laudati ad Alciphr. p. 23.) qua deprimant, quae possint, atque adeo plus quam fas esset calamitatum in mundum invehant. Qua quidem re communis illa Dei lex conservanda rerum omnium proportione violetur necesse est.

Verba *οὐδενὶ* (Brunck. in anal. male edidit *οὐδένι*) *κόσμῳ*. Suidas in v. *κόσμος* explicat: *οὐδεμιᾷ τάξει*, laudato eam in rem loco Herodoti 3, 13. *ἔφρευγόν οὐδενὶ κόσμῳ*. Recte. Nam qui temere et inordinate fugiunt, ii fugiunt immodice, magis quam par est, nimis. Hinc ap. Thuc. 2, 52 pestis invaluisse dicitur *οὐδενὶ κόσμῳ*, h. e. supra modum.

V. 29. *ἄνεσις* est cessatio a labore, *ἀνάπαυσις*, Hesych. Sed dicitur etiam in malam partem de immodica licentia et dissolutione. Ap. Athenaeum 3, 4. p. 363. B. tribuuntur immodice bibentibus *εὐφροσύνη καὶ ἄνεσις*, et Annibalis militibus ap. Plutarch. in Marcello, T. II. pag. 419 ed. Reisk. *ἄνεσις πολλή καὶ θρασυτήσ*.

σώματος ἡδέα ἔργα sunt eadem, quae ap. Xen. mem. 2, 6, 5. *αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδοναί*, voluptates corporeae. Sic ap. Bion. idyll. 3, 11. Amor dicitur poetam docere *μᾶτρός ἔργα* (et ap. Athenae. 7, p. 279. F. *ἡ κατὰ σῆμα*

ἡδονή, et p. 280. A. αἱ δι' ἀφροδισίων ἡδοναί. Critias ap. Athenae. 10. p. 432. F. ἔργ' Ἀφροδίτης. Athenae. 12. p. 545. A. αἱ σωματικαὶ ἡδοναί. in Brunck. anall. T. III. p. DCLX. ἡδέα Κύπριδος ἔργα.

Ceterum Urs., Steph. [Codd. Vat. Aug. Boissonad., Simon. et Dorvill. M—f.] post hunc versum interponunt verba: . . . ἐπ' ἄλλοτε δ' ἄλλα φέροντες, quae quid sibi vellent, aut quo referenda essent, equidem videre non potui. Fortassis orta sunt ex librariorum negligentia, quorum oculi aberrantes in ultima v. 26. verba incidissent, perperam simul lecto et ad hunc v. relato vocabulo v. 30. primo σπεύδοντες. (Verba ἐπ' ἄλλοτε sqq. vertendo contraxit Krugius cum versu 30. Equidem potius legerim πῆματα πολλά τε λυγρότ', ἐπ' ἄλλα τε ἄλλα, φέροντες. vel πολλά τε λυγρότα τε πῆματ', ἐπ etc.) [Inter omnes, qui huic loco medicinam attulerunt, Mohnikii (et Petersenii, qui eandem ingressus est viam) ratio maxime placet, qui haec verba a librariis orta reiecit, sed post πάμπαν interpunctionis minoris signum ponit, et γενέσθαι, ut est, ab ὀρμῶσι penderi dicit. Cudw. et Gedik. ratio, qua etiam v. 30. eiecere, nimis vehemens et periculosa est. M—f.]

Conferri cum hac studiorum et ingeniorum humanorum varietatis descriptione potest Horatii Od. 1, 1. (et carmen Solonis in Gnomis Brunckii p. 73 sqq.) [edit. Fortlage p. 46. v. 41. M—f.]

V. 30. Hic versus plane exulat ex edit. Cudw. et Gedik. Sensus autem est: omni studio id agentes, ut eveniant iis, quae appetierint, contraria.

Adverbia μάλα πάμπαν, quorum utrumque est valde, coniuncta sunt ad augendam studii magnitudinem, ut πάλιν αὖθις ap. Aristoph. Plut. 860. (v. Eur. Alcest. 186.) et πάνυ σφόδρα. ibid. 745. (πάλιν αὖ Xen. Symp. 7, 1. αὖθις αὖ. Plat. IX, 340. πάλιν αὖ ap. Demosth. de cor. 30.)

πάλιν μετὰ ταῦθ' ὕστερον. *ibid.* 43. τότε κατ' ἐκείνον τοῦ
 καιρὸν. *ibid.* 55. εὐθὺς παραχρῆμα. Xen. de rep. Lac.
 8, 4. ὄθ' οὐντεκα. Sophocl. Electr. 47. νόσφιν ἄτερ. He-
 siod. ἔργ. 91. nisi forte μάλα referre malis ad σπεύδοντες,
 πάντων ad ἐναντία. Nam πάντων proprie est παντελῶς,
 omnino, plane, (v. Suid.) ἐτ' μάλα Hesychius interpretatur
 verbis πάντων, σφόδρα, λίαν, μάλιστα, ἄγαν. . . .
 σπεύδειν, quod alias iungi solet verbi activi infinitivo,
 etiam ap. Plutarch. in Othone T. V. pag. 661. ed. Reisk.
 iunctum legitur infinitivo γενέσθαι. Verba sunt: σπεύδειν
 τὴν νίκην ἑαυτοῦ γενέσθαι (in Fab. Max. T. 1. p. 706.
 σπεύσειν γὰρ μάχην γενέσθαι. Aristid. Platon. 2. T. II
 pag. 173. ὁ τὴν μάχην γενέσθαι σπεύσας. Plato 1, 105.
 Xen. Memm. 4, 3, 1.). Sic Caesar. bell. civ. 1, 4, 5. res
 ad arma deduci studebat. Hesych. σπεύδιον· σπουδαίον,
 ἐνεργῶν. [H. 1. autem infinitivus ob ὀρθῶσι pendet. M—
 τῶνδε pertinet ad ea, quae 27—29. dicta sunt. Sed
 dum sorte sua non contenti mortales neglecta communi in
 Dei lege (v. 24.) sequuntur suas quisque cupiditates, et ser-
 tem a Deo ipsis destinata in melius mutare modis omnibus
 student, hoc ipso studio efficiunt, ut pro gloria ignominiam,
 pro lucro damnum, pro otio et quiete labores atque mole-
 stias, pro corporis denique voluptatibus dolores consequan-
 tur, h. e. ipsi homines fortunae suae fabri sunt atque arti-
 fices, cfr. supra ad v. 21.

V. 31. Ζεῦ πάνδωρε, Iuppiter omnia donans, h. e. et
 bona, unde appellatur a Callim. h. in Iov. 91. δῶτορ ἑάων,
 et mala. Iuppiter enim in aedibus suis habebat duo dolia,
 quorum altero bona immittebat hominibus, ex altero mala
 (v. Homer. Il. ω, 527 sq.) Ceterum Urs., Steph., Cudw.
 [Simon., Dorvill. Ζεὺς. M—f.] legunt Ζεῦς.

κελαινεφές, qui nubes denigras, nubes atras cogis, με-
 λανονεφές, auctore Suida. Nam κελαινόν, eodem inter-

prete est μέλαν. Legitur hoc Iovis epitheton interdum ap. Homerum, ut *Il. ο*, 46.

ἀρχικέραυνε, (Cudw. legit, [et Simon. M—f.] ἀρχικεραυνέ,) qui tenes ac regis fulmen, fulminis rector, fulminator. Legitur hoc ipsum epitheton de Iove in Orphicorum carminum reliquiis 6, 9.

V. 32. εἰρυσσαι. Ursin., St., Cudw. [Simon., Dorvill. Codd. invito metro. M—f.] legunt ῥύου. Scaliger. in not. ad Steph. legi iudebat μέν ῥύου: [vel ῥύσασθαι quod Moersch. et Schwabe habent, qui hunc infinitivum ad imperativum δός *v. 33.* referri iubent, ut ap. Sophocl. Electr. 1119 sq. — Brunck. ῥύοιο coniecit, Petersen id, quod recepi. Potest tamen etiam scribi ἀνθρώπους ῥῦσαι σῦ. *v.* autem corripit Homerus in praesenti, si brevis sequitur vocalis, sed in prima arsi, versum incipiens producit. cfr. *Il. ο*. 257.

ῥύοιμ', ὁμῶς αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον
Il. π. 799.

ῥύετ', Ἀχιλλῆος· τότε δὲ Ζεὺς Ἐκτορι δώκεν
etiam in optativo ῥύοιτο et in thesi, cfr.

Il. μ. 8.

ῥφρα σφιν νῆάς τε θοὰς καὶ λήϊδα πολλήν
ἐντὸς ἔχου ῥύοιτο· θεῶν κ. τ. λ.

Il. ρ, 224.

προφρονέως ῥύοισθε φιλοπτολέμων ὑπ' Ἀχαιῶν
in futuro cfr. Hes. Theog. 661.

ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηϊοτήτι
et plerumque in regulari aoristo, cuius formas ἔρρῖσατο, ῥυσάσθην, ῥύσαιτο, ῥῦσαι habet Homerus, semel tantum corripit in ῥυσάμην. *Il. ο*, 29.

τὸν μὲν ἐγὼν ἐνθεν ῥυσάμην, καὶ ἀνήγαγον αὐτὶς
producit in ἔρρυτο. *Il. ψ*, 819.

νύξ, οὐδὲ χροῖ' ἴκανεν, ἔρρυτο γὰρ ἐνδοθι θώρηξ.

quanquam Hes. Theog. 304. corripit

ἦ δ' ἔροντ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἐχιδνα
et in ῥύατο. Od. ρ, 201.

ῥύατ', ὄπισθε μένοντες· ὁ δ' ἐς πόλιν ἦγεν ἄνακτα
Il. σ, 515.

ῥύατ', ἐφεσταότες, μετὰ δ' ἄνερες, οὓς ἔχε γῆρας.
Attici producunt in futuro et regulari aoristo. *Buttmann*
lex. 1. p. 66. vult σ duplicari, si praecedens syllaba longa
est, quod tamen non opus est, quum υ in praesens longum
exhibeatur. — Pro ῥῦσαι melius fortasse ῥύου. M—f.]

ἀπειροσύνη est inscitia, quae cur dicatur λυγρὴ, h. e.
luctuosa, perniciosa, facile poterit ex iis, quae paulo ante
dicta sunt, intelligi, Hesych. λυγρά· πονηρά, χαλεπά.
item: λυγρόν· λυπηρόν, ἐπίπονον, κακόν, χαλεπόν, —
πενθικόν.

(Ad. h. v. sq. cf. Hom. h. in Martem v. 11.)

V. 33. πάτερ — Cudw. legit πατήρ. (Plut. Fab. Mal.
T. 1. p. 702. πατέρα δὴ σὲ χρηστὸν προσαγορεύω, τιμω-
τέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν. cf. idem in Romulo c. 13.
T. 1. pag. 101. Sophocl. Electr. 1361. Eurip. Ion. 138.
Xen. Cyrop. 8, 1, 15. 8, 2, 6. Ages. 1, 38.)

σκέδασον, cum sequatur praepositio ἀπὸ, non simpli-
citer verti debet; dissipa, sed per praegnantiam: dissipa-
tam expelle.

διδόναι est permittere, occasionem praebere, in qua no-
tione omissum esse accusativum ἐξουσίαν, ostendit Lamb.
